C 105/975a,

with the Errata
very fine copy

The Sydenham Park copy sold for £6.12.6 although it wanted the leaf of Errata



Perkins and Heath. Patent Hardened Steel Plate.

Duke of Sussex's Copy

[illegible]

[illegible] 343112

Renouard Tom. 1. p. 34. collated & perfect

"extrêmement rare."

Bp. Butler's [illegible]

Aldus June 1497

Libellus de Epidemia, quam uulgo morbum Gallicum uocant.

Nicolai Leoniceni uincentini in librum de epidemia, quã itali morbum gallicum uocant, ad illuſtrem uirum Ioãnem Frãciſcum mirandulenſem, Concordiæ comitem, præfatio.

h Abitã nuper Ferrariæ de morbo, quẽ gallicum uocant, diſputatiõem, atque à me poſtmodum mãdatã litteris, cui magis quã tibi Ioãnes Franciſce mirãdulẽſis dedicauerim, qui cum ſupioribus diebus Ferrariæ adeſſes, atque ante diem ad eandem diſputationem conſtitutum, tibi ex cauſis urgentibus eſſet diſcedendum, non parum dolere mihi uiſus es, ꝙ eidem diſputationi nõ poſſes intereſſe, neq; diſſimulanter tuliſti gratiſſimam rem me tibi facturum, ſi quæ non potuiſſes præſens accipere, haberes abſens ex meis litteris, uel potius uolumine ad id dedicato legendi facultatem. Et quoniam non te latebat magnæ cõtentionis diſputationes a medicis atque philoſophis pertractatas non ueritatis inuentione, ſed iurgiis, atque clamoribus plerunque terminari, illud inſuper a me expectare uidebaris, ut nõ ſolum quæ nam inter diſputantes opinio tandem eſſet pro uera recepta tibi ſignificarem; ſed mei quoque iudicii calculum inter ambigentes ſententias manifeſtarem. Quid plura? ego qui tibi propter tua eximia in me beneficia omnia debeo, pollicitus ſum factum me, quod optabas, arduum quidẽ opus, ac penè temerarium, niſi ipſum excuſaret obſequium. Ecce igitur iam tibi fidẽ promiſſam exoluo quanto tardius, quã tu forte cupiebas, tanto maiore cum fœnore. nõ ſolum enim eam, quæ præcipue deſẽdebatur Ferrariæ opinionẽ, ſed quaſcunque alibi plurimum uigere intellexi, conatus ſum pro mei ingenii imbecillitate cõfutare, meãq; poſtremo loco, exemplis. rationibus. ac nobiliſſimoꝝ medicorum auctoritatibus confirmare. Multa præterea Auicẽnæ dicta, quæ ad propoſitam contemplationem pertinebãt, duximus in controuerſiam. Quare qui hæc lecturi ſunt quæſo boni cõſulant, neque me propterea impudentem, aut

inſolentem iudicent, qui auſim magni nominis auctores inceſ ſere. Facimus hoc multorum ueterum, ac præcipue Ariſtotelis ſummi philoſophi exemplo, qui tanti fecit ueritatem, ut pro ea aſſerenda ſcripſerit etiam contra præceptorem. neque uero hanc apud te præfamur ueniam, qui hoc meum circa antiquorum ſcripta examinanda ſtudium, adeo nō improbas, ut in ea, quā nuper Ferrariæ habuimus de litteris confabulatiōe, mirari te mihi dixeris, ꝙ in illo, quem ſuperioribus annis edidi de medicorum erroribus libro, Plinium tam leuiter perſtrinxiſſem. in cuius auctoris libris tu multo plures, quàm qui a me fuere notati errores animaduertiſſes. Dicimus iſta malignis, atque impudentibus, quorum alii ea etiam, quæ tacite probant, quia tamē ipſi non ſcripſerunt, aut inuenerunt liuore ducti aperte calumniātur, alii uero more pecudum alienis ſemper ueſtigiis inſiſtentium, nihil ſuo, omnia aliorum iudicio tribuunt. & ſi cui ſe ſemel auctori addixere, eius auctoritatem ſine ratione rationē eſſe arbitrantur. Vtcunque tamen hi de noſtris ſcriptis iudicauerint, quāto minorem apud ipſos gratiam ſumus habituri, tāto maiorem apud probos, ac doctos ſperamus cōſequi, apud te præſertim, qui Ioānis Pici patrui tui per omnium gradus uirtutum ueſtigia imitaris, quiq; eam, quæ in eius intēpeſtiua morte facta eſt litterarum, atque omnium bonarum artium iacturā, ita reſarcis, ut ad te reſpicientes uirgilianum illud omnes uno ore pronuncient.

Vno auulſo, non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit uirga metallo.

Tibi itaque, & paucis cecinimus, uobis placuiſſe contenti, reliquorum autem uel inuidorum uel imperitorum iudicia contemnentes.

De Epidemia, quam Itali morbum gallicū, Galli uero Neapolitanum uocant, Nicolai Leoniceni Vincentini liber.

n

Ouos Italiæ aduenifſe morbos prioribus ſæculis ignoratos antiqua ætas credidit. ſiquidē Plinius uir eruditiſſimus nō modo Italiæ, ſed uniuerſæ feré Europæ lichenas ante Claudii principatum incognitos fuiſſe teſtatur uigeſimo ſexto de hiſtoria naturali libro. Ego uero de aliis Europæ partibus non planè habeo ſtatutum quid ſentiam. Illud pro certo affirmare auſim, multis ante, quàm Claudius īperaret annis lichenas fuiſſe græcis familiares. quando Hippocrates auctor græcus uetuſtiſſimus cum multis aliis in locis, tum præſertim in tertia particula Aphoriſmoꝝ, in morboꝝ æſtiuoꝝ mentione lichenem cōmeminit, ut mihi magis fiat uериſimile uexaſſe id malum etiam Italiam, quamuis forte longo temporum interuallo ante Claudium, ſed nondum romano imperio ad exteras nationes propagato, atque ideo minus a græcis medicis Roma frequentata, defuiſſe eidem morbo nomenclatores. idcirco donec ſine nomine perſtitit, fuiſſe iterim obſcuriorem, ſicuti poſtea Claudio imperante iam græcis artibus, ac præcipue medicina uigēte in ciuitate lichenas, atque mentagram uocitantes, fecere illuſtriorem. Simile quoddam noſtro hoc æuo accidit, iam enim inſolitæ naturæ morbus Italiā, & multas alias regiones inuaſit. Puſtulæ ſunt a partibus obſcœnis incipientes, mox totum corpus, atque ipſam præcipue faciem occupantes, præter fœditatem, magnum inſuper cruciatum plerunque afferentes. Huic tamen morbo nondum noſtri temporis medici uerum nomē impoſuere, ſed uulgato nomine malum gallicum uocant, quaſi eius cōtagio a gallis in italiam importato, aut eodem tempore & morbo ipſo & Gallorum armis Italia infeſtata. Nō defuere quidem, qui eundem cum illo putarint, quem priſci elephā

tiaſin nominarunt, ſicuti alii morbum Gallicum eſſe antiquis lichenas, alii aſaphati, alii prunam, ſiue carbonem, alii ignem perſicum, ſiue ſacrum exiſtimarunt. Quæ quidem ambiguitas nominum, & de re ipſa quoque diſſenſio multos ſuſpicari fecit nouam hanc eſſe luem nũquam à ueteribus uiſam, atque ideo à nullo medico uel græco, uel arabe inter alia morborum genera tactam. Ego ſicuti neque illis aſſentior, qui uarias huic morbo indidere appellationes haud quaquam eius naturæ congruentes, ita ubi conſidero eadem natura præditos homines, ſub eodem cœlo natos, ſub eiſdem ſyderibus educatos, eiſdem etiam ſemper fuiſſe morbis obnoxios cogor exiſtimare, neque mihi poteſt in captum mentis peruenire natam hanc repente labem noſtram ita infeciſſe ætatem, ut nullam ſuperiorem. Quod ſi quis aliter quàm ego ſentiat, qnid tandem hoc eſſe dixerit aut quam deorum uindictam? nam ſi cauſæ naturales inſpiciantur, millies poſt mundi initia eædem extitere. Quare ſimilem morbum ex cauſis ſimilibus etiam ſuperioribus ætatibus contigiſſe parati ſumus oſtendere, ubi prius illorum opiniones, qui morbum Gallicum fuiſſe à priſcis elephantiaſin nominatum, ſiue quid aliud à noſtra opinione diuerſum credidere, confutauerimus. Sed ante, quam diſputationem ipſam aggrediamur, illud in primis admonendum eſt aliud morbi genus ſignificari uerbo elephantiaſis in libris arabum, aliud in libris græcorum. Raſis ſiquidem atque Auicenna elephantiaſin pro morbo accipiunt, in quo pedes, & crura ſupra modum intumeſcunt. Galenus, ac Paulus, omnéſque græci auctores in eodem uerbo morbum intelligunt, quem Auicenna, & medici iuniores lepram appellant. De primo uerbi elephantiaſis apud arabes ſignificato neminem ambigere arbitror, de ſecundo apud græcos uſitato longius eſt à nobis differendum, nam ſi oſtenſum fuerit, nihil aliud eſſe græcis elephantiaſin, quã morbum illum, quem uulgato nomine lepram uocamus, tunc id quoque probatum erit morbum Gallicum non eſſe elephantiaſin, quan-

Elephantiaſin aliter apud græcos aliter apud arabes capi.

Galenus & paulus

do & qui contrarium ſentiunt, morbum Gallicum plurimum à lepra diſtare concedunt, Vt igitur ad rem ipſam propius accedamus, elephantiaſin apud græcoſ, eſſe apud arabes, & iuniores medicos lepram ita demonſtratur. elephantiaſis auctore Paulo aeginita eſt cancer totum occupans corpus, unde idem paulus inquit. Si cancer unum tantum membrum infeſtans tamen ſecundum ſententiam Hippocratis inſanabilis eſt, quanto magis elephas, qui cancer quidam eſt uniuerſalis omnem curationem ſuperabit? Eandem ſententiam ſcribit libro quarto Auicenna his uerbis. Et cum cancer, qui eſt lepra membri unius ſit de illis, quibus nó eſt ſanatio, quid dicemus de lepra, quæ eſt cancer totius corporis, Idem dixerat Auicenna circa initia eius capitis, in quo agit de lepra ꝙ uidelicet lepra eſt ſicuti cancer communis toti corpori. Sed & eorũdem humorũ uicio generari elephantiaſin Paulus cenſet, & Auicenna lepram, & quemadmodum Paulus minus malam elephantiaſis ſpeciem ſtatuit, quæ ex quadam ueluti fæce ſanguinis ſupaſſata ortum habet, alteram, quæ à flaua bile æque retorrida fit, deteriorem. ſic & de duabus lepræ ſpeciebus, quarum altera, itidem ex fæce ſanguinis, altera ex flaua bile in atram propter aſſationem conuerſa generatur Auicenna decernit. Neque uero aliam Paulus elephantiaſi aliam lepræ Auicenna adhibet curationem. Neque etiam Galenus ſcribens de elephantiaſi ſecundo libro artis curatiuæ ad Glauconem minus, quam Paulus cum Auicenna ſcribente de lepra concordat, immo uero omnia illa Auicennæ uerba, quod lepra multiplicatur in Alexandria propter caliditatem aeris, & malitiam cibi, & eius eſſentiam ex genere piſcium & carne ſalita, & carne groſſa, & carnibus aſinorum, & lentibus, (liceat enim mihi ipſius Auicēnæ uerba, quãuis barbare ſcripta, maioris tamen fidei gratia referre) omnia inquam hæc Auicennæ uerba ſunt ex Galeno de elephantiaſi eo, quo nuper diximus libro loquente tranſlata. Quid quod niſi Galenus per elephantiaſim morbum, quem diximus intellexerit, illud ſeque- Auicēna

tur abſurdum Galenum medicoꝝ facile pricipẽ, qui tot de medicina uolumina tam accurate, tam copioſe conſcripſit, nullã de eo morbo, qui reliquos omnes magnitudine ſuperat, quẽ nos uulgo lepram appellamus in ſuis libris feciſſe mẽtionem. Galeni autem libros intelligo, quos idem auctor in propria lingua ſcriptos reliquit, nam in his, quos uel ex græca, uel ex arabica lingua tranſlatos habemus, plurima eſt in hoc uerbo lepra ambiguitas, quoniam aliquãdo tranſlator ubi elephantiaſin in græco Galeni Codice ſcriptũ inuenit leprã ẽ interpretatus, ubi uero leprã, nihil imutauit. ſed eodẽ uſus eſt uerbo, cum tamen apud græcos auctores alius morbus ſit lepra, alius elephãtiaſis. Lepra enim (ut inquit Galenus in libro de tumoribus cõtra naturã) paſſio ſolius cutis eſt, qđ de elephantiaſi dici nõ põt, cũ in eo morbo, qui ἐλεφαντίασις a græcis nõiatur, nõ mõ cutis, ſed carnes etiã, atq; oſſa, ut Celſus quoque teſtatur, plerunq; uitiẽtur, Quod ſi quis pertinaciter tueri uelit eundẽ eſſe morbum quem græci λέπραν, atque arabes itidẽ nominent, uideat quid ipſum concedere oporteat, hoc. ſ. eſum uiperarum, quo nullum eſſe præſtantius remedium aduerſus lepram medici oẽs uno ore conſentiunt, quódque inter nobilia medicamẽta contra lepram Auicenna numerat non modo non ſanare id malum, ſed inſuper generare. Galenus enim libro undecimo de ſimplici medicina duorum meminit elephantiaſi morbo laborãtium, qui ex eſu carnium uiperinarum in lepram inciderunt, quare neceſſarium eſt dicere alium eſſe morbum, qui a Galeno, & cæteris græcis λέπρα uocetur, alium qui ab Auicenna, ac medicis iunioribus eodem nomine nuncupetur. Quid lepra nomen ſignificet apud arabes, & medicos iuniores, qui arabum doctrinam magna ex parte ſequuntur, nemo niſi hebes, atque omnino obtuſus ignorat, quid uero apud græcos, ſiue latinos ueteres græcos imitantes multi etiam neſciunt eruditi. unde data eſt errori occaſio, ut diuerſarum linguarum ſignificata diſtinguere neſcientes, uel elephãtiaſin nõ eẽ leprã, de q̃ ſcri-

Leprã aliud ſignificare apud græcos aliud apud medicos iuniores

bit Auicēna, uel nō ſimpliciter leprā, ſed quādā lepræ ſpēm exiſtimauerint. Nos uero elephātiaſin idē eē, qđ lepra, de qua agit Auicēna, atq; ab altero morbo diuerſā, quē Galēus λέπραν nomiat, exiſtimamus. idq; uidemur multis rōnibus ex ipſius morbi ſūptis eēntia demōſtraſſe. Age uero ēt ex ui nominū, quibus idē morbus nūcupatur, argumētemur, neq;.n. tātū elephātiaſis, ſed præterea σατυρίασις apud græcos nomiatur, licet uerbū ſatyriaſis pro priapiſmo quandoq; apud eoſdē græcos accipiatur. Nomen autem elephantiaſis tractum eſt a ſimilitudine elephantis. quoniam (ut inquit Galenus ſexto de cauſis accidentium) qui hoc morbo laborant, carnem habent nigram & tuberibus plenam, qualis eſt cutis elephantum. Nonnulli elephantiaſin ob morbi magnitudinē, qui nulli ferè remedio ſuccumbit, dictam exiſtimant. Quidam ob id quod ſicut elephas præ cæteris animalibus diutiſſime uiuit, ita humoribus longiſſimus eſt, quæ quidem omnes proprietates nulli alii morbo magis conueniunt, quam illi, quem nos uulgo lepram nominamus. Sed & σατυρίασις idē morbus a græcis uocatur, quoniam eo affecti faciem ſimilem ſatyris habent. naſum ſimum. craſſa labra. aures leuigatas, ut ſcribit Galenus libro ſecundo de cauſis morborum, ac præterea alio libro qui de tumoribus contra naturam inſcribitur, quo etiam in loco aſpectu horribiles, & male olentes ſatyriaſim patientes oſtendit, quæ omnes notæ morbum illum, quem lepram uulgo dicimus minimo minus ante oculos ponunt. Quanquam uero efficacibus rationibus, tume morbi eſſentia, atque appellatione, tum etiam ex ſenſu ſumptis probauerimus, nihil aliud eſſe elephantiaſin apud grecos, quā morbum, quem arabes nominant lepram, ſiue quid aliud, quod ipſis lepram ſignificet. iidem tamen arabes, ut antea admonuimus, per elephantiaſin non eundem, quem græci morbum, ſed crurum potius, ac pedum tumorē inmodicum intelligunt, quod facile eſt ipſis permittendum, quandóquidem, ut ſæpe Galenus præcipit non eſt de nomi

Vnde tractum ſit nomen elephtiaſis.

Satyriaſis

Cófuſio arabum ĩ morbo qui elephãtiaſis nominatur.

Auicẽna

Cedrea.

Simonẽ male alchitram picem liquidam interpretati.

Raſis

nibus a medicis litigandum, niſi iidem auctores non ſolum nomina, ſed res ipſas quoque confunderent, cum uideatur Auicenna libro tertio ubi agit de elephantiaſi ſumpta pro tumore pedum nonnulla dicere, quæ etiam Galenus de elephãtiaſi in eo accepta, quo græci capiũt ſignificatu libro ſiquidem qui de nigra cholera apud latinos inſcribitur Galenus inquit ex eodem fieri humore elephantiaſin, atque uarices, qui quidem humor primum rubidus apparet, deinde nigreſcit. Idem de ſua elephãtiaſi refert Auicẽna, & ſicuti Galenus, ac Paulus elephantiaſin ad rubidum colorem declinare minus malam arbitrantur, ita Auicenna ſubrubram elephantiaſin nigra cenſet eſſe incolumiorem. & quia Dioſcorides ſcribit cedream, hoc eſt gumi illud ex cedro arbore fluens, quod arabes uocãt alchitram, licet Simon Genuẽſis id uerbum arabicum picem liquidam latine interpretetur. quia inquam Dioſcorides auctor eſt cedream iuuare elephantiacos. ſi lingatur, aut inungatur, poſtmodum Auicenna de eodem remedio contra elephantiaſin, hoc eſt tumorem (ſic enim ipſe id uerbum accipit) crurum, uel pedum, ita ſcribit, dicitur ꝙ alchitran confert in uiſcatum, & linitum. Raſis quoque, qui elephantiaſin in eodem, quo Auicenna accipit ſignificatu, nam & in Almanſore, & in diuiſionibus, ſeorſum de lepra, & ſeperatim de elephantiaſi tanquam de morbis differentibus tractat. idem tamen auctor libro duodecimo Continentis, in quo agit de crurum uitiis, quibus annumerat elephantem de uitio elephantis plurima ſcribit, quæ etiam Galenus uariis in locis de elephantiaſi, immo uero Raſis ipſe Galenum allegat in libro de cholera nigra ita ſcribentem. Vitium elephantis & uarices fiunt ex humore nigro, quod niſi fuerit cum eis caliditas, non erunt intenſæ maliciæ, ex uehementi quoque declinatione ad choleram nigram puram fit uitium elephantis. Similem ferè ſententiam, ut antea ex parte notauimus, ſcripſit Auicenna libro tertio capite illo, quo una de elephantiaſi, ac de uaricibus agit, qui quidem Aui-

cenna partim Galenum, partim Raſim in eodem capite uidetur imitatus. Multa autem remedia, quæ græci tradunt contra elephantiaſin pro lepra ſumptam ſcribit Raſis libro, quem diximus contra uitium elephantis, ubi de pedum, aut crurum uitiis tantum diſſerit, ueluti ex Galeni auctoritate plantaginem, quam etiam Celſus ad elephantiaſi præcipue commendat. Ex Dioſcoridis itidem auctoritate ad uitium elephantis laudat Raſis fel hircinum, atque mentaſtrum. Longum eſſet, ſi multa alia uellem enarrare, quæ græci, atque arabes, quamuis de morbi eſſentia differentes, de elephantiaſi tamen ſimiliter tradiderunt. Quod ſi quis forte tam Auicennam, quàm etiam Raſim ea ratione tueatur, quod crurum pedum ue tumorem, quem elephantiaſin nominarunt, non lepram, ſed tantum lepræ principium iudicauerint, atque ideo diuerſis nominibus, alio ſcilicet lepram, alio lepræ principium nũcupare uoluerint, ut morbi in ſua tempora diuiſionem non improbamus, ita illos duas eiuſdem morbi partes non debuiſſe diuerſas facere ſpecies, uel etiam genera omnino contendimus, quod maxime feciſſe uidetur Auicenna, qui de elephantiaſi libro tertio, de lepra uero ægit in quarto, tanto ſcilicet interuallo, ut uideatur elephantiaſin diſtinctum omnino genus à lepra putauiſſe, cum præſertim idem Auicenna elephantiaſin non uti Galenus inter figuræ morbos, ſed quantitatis potius libro primo collocarunt. Et hæc quidem de prima opinione longius forte, quam decuit, quia tamen eſt in ipſa præcipue Ferrariæ diſputatum nos hoc in loco abundantius diſſeruimus,

Celſus

Auicennã ponere elephantiaſim inter morbos quantitatis, Galenũ, uero, Figuræ.

i Am ad alteram opinionem, quæ morbum Gallicum eſſe lichenas aſſerit cõfutandam ueniamus. Hanc opinionem eſſe falſam ita colligitur. Lichen eſt morbus ille, qui latine dicitur impetigo, uulgo autem uolatica. Morbus Gallicus nõ ẽ ĩpetigo ſiue uolatica. igitur morbꝰ gallicus nõ ẽ lichẽ. Quod morbus gallicus nõ ſit ĩpetigo, ſiue uolatica, q̃ fuit noſtri ſyllogiſmi minor propoſitio, tam imperiti, q̃

λειχῆνα apud græcos eſſe morbũ, qui à latinis ipetigo nominatur. uulgo autẽ uolatica dicitur.

Caſſius fœlix

etiam periti ipſo ſenſu monſtrante nouerũt. Quare id ſolũ oſtẽdere oportet, qđ malũ græci λειχῆνας uocãt, nos latio uocabulo ipetiginẽ noiare, & qđ docti ipetiginẽ, uulgus uolaticã nũcupare. Qui uero poſſumus melius iſta probare, q̃ Caſſii fœlicis auctoritate? cuius auctoris hæc ſunt, q̃ a Simone Genuẽſi allegãtur, uerba. Impetigo græci λειχῆνας dicũt, latini zernas, naſcũtur ex melãcholico humore, rotũdo ſchemate, ĩ ſupficie cutis, cũ ĩgenti pruritu? quis non uideat his uerbis morbũ, quẽ uulgato noĩe uolaticam uocitamus deſignari? Plures quoq; medici iuniores, in quorum numero Nicolus eſt, atque etiam Gentilis, ſiue quicunque is eſt, cuius expoſitiones in Fen ſeptimam libri quarti Auicennæ habentur impreſſæ, ſentire uidentur impetiginẽ eſſe uolaticam, & allegant alios idem ſentientes, quãuis uideatur Raſis uigeſimo quinto Continentis putauiſſe impetiginem eſſe tineam ſiccam, de qua opinione poſtea dicetur. Eundem uero morbum eſſe apud latinos impetiginem qui ſit λειχὴν apud græcos præter Caſſii fœlicis auctoritatẽ, etiã ratõe probatur. Quæ.n.remedia Galenus, & Paulus, omnẽſq; græci auctores contra lichenas notauere, eadem ferè contra impetiginem a Quinto Serenio. Raſi. atq; Auicẽna ſcribũtur, neque hi arabes auctores aliter generari impetiginem, quam græci lichenas docuerunt. Sunt autem lichenes, & lepra (ſi lepram eo modo, quo ante à græcis capi docuimus, intelligamus) ſolius cutis paſſiones. Peior tamen eſt lepra, quam lichenes. nã (ut Paulus, & Galenus) teſtantur) lichenes ſi diu perſeuerauerint, tãdem in lepram conuertuntur. maior enim eſt cutis fœditas, & deſquamatio in lepra, q̃ in lichenibus. Tanta tamen habent lichenes, & lepra naturæ cognationem, ut credere poſſim hos duos morbos apud diuerſos auctores inuicem nomina mutuari. nam quæ de impetigĩe ſcribit Celſus, ea potius lepræ cõueniunt. Videtur.n.idem Celſus ſicuti lepram, impetiginẽ, ita lichenas, papulas latine nominaſſe. quod ex quãplurimis, quæ alii de lichenibus, ipſe de papulis rettulit, colligere poſſumus.

Quemadmodum.n.a Caſſio fœlice ſcribitur,lichenas naſci ro
tundo ſchemate.i.figura in ſupficie cutis cum ingenti pruritu,
& aſperitate,atque ubi id malum ſerpere cœperit,ſerpiginem
dici,ita & Celſus ait alterum papularum genus p minimas pu-
ſtulas cutim exaſperare.rodere.& eandem ſerpere,atque ut id
uitium rotundum incipit,ita in orbē procedere,& quod græ-
ci dicunt ex lichenibus diuturnis fieri leprā,Celſus de quadā
ſpecie papularum idem pronunciat,ꝙ niſi cito auferatur ī im-
petiginem uertitur,& ſicuti græci quoſdam lichenas ἀγρίους
ideſt feros nomināt:eodē modo Celſus alteram papularꝫ ſpe-
ciem ἀγρίαν ideſt feram ab eiſdem græcis appellari teſtatur.
Deniq; quod leui papulæ Celſus remedium præcipit,ut ſcili-
cet ieiuna ſaliua quotidie defricetur,idem graeci adhibent li-
chenibus puerorum,qui quidem curationis modus argumē-
to eſſe poteſt lichenas eſſe morbum,quem uulgo uolaticam
nominamus,aduerſus quam noſtro quoque tempore mulier-
culæ circa puerorum mala ſananda præcipue ſollicitæ nullam
magis præſentaneam nouere medicinam,quám ieiunam ſali-
uam. Sed & eodem Celſo auctore maior papula murali herba
commodiſſime tollitur,quam quidem herbam græci,ut Cel-
ſus quoq; libro.iii.teſtatur παρθένιον,& περδίκιον nominăt,
latini uero,quia in parietinis naſcitur alio nomine parietariam
appellant.uulgus ob eum,quem in uaſis uitreis abſtergēdis ex-
hibet uſum,uitriolum.ut minus mirandum ſit hanc ipſam her-
bam lichenas ſua ui abſterſoria ſanare.Eſt tamen & altera herba
ipſa quoq; in muris,ſed maxime ſaxis humectis proueniens a ſi
mili ui,effectúq; λειχὴν a græcis nominata quam noſtri tempo
ris medici neſcio qua ducti ratione,uel uſu hepaticam uocita-
runt ,neque enim uſquam apud celebrem auctorem,uel græ-
cum,uel arabém legitur lichenem herbam hepati utilem eſſe,
unde præ cæteris hepatica dici meruerit.Quod uero Pādecta-
rius ſcripſit ex Serapionis,atq; Galeni(ut uidetur)auctoritate,
ualere hanc herbam contra ſplenis,atque hepatis obſtructio-

Herba muralis, & altera eiuſdem ef-
fectus quæ a gæcis λει-
χὴν appel-
latur

Pādectarius hoc loco ī-
probatur.

nes,& contra omnem hepatis ægritudinem,hi quidem liche-
nis effectus neque a Galeno,neq; a Serapione uſquā ſcripti le
guntur.ſi uero Pandectarius illos ex ſua protulit opinione,mi-
nus illi hac in parte credēdum,quoniam hanc ipſam herbam,
quam græci λειχῆνα uocant tanta nominum confuſione ob
ſcurabit,ut quæ tandem herba ſit,neq; alii ex uerbis eius ſcire li
quido poſſint,neq; ipſe ſciuiſſe uideatur,cum enim de licena,
ſiue lichene egiſſet ī littera.a.ubi eam arabice aínec,latine mu-
ſcum,uel uſne uocari docet,poſtmodum in ſequenti ferè ca-
pite agēs de eadē herba lichene,licet uideatur non animaduer
tere,eam arabice azemalſaret inquit appellari,latine uero hepa
ticam.Eādem uero eſſe hanc ipſam hepaticam cum ea,quam
græci λειχῆνα nominant,indicant illæ,quæ Azemalſaret,ſiue
(ut Pandectarius interpretatur)hepaticæ a Serapione ex Gale
ni,ac Dioſcoridis auctorirate tribuuntur,ſunt enim quas iidē
auctores in ſuis de ſimplici medicina libris licheni herbæ ſub-
ſcripſere,Neque uero contentus Pandectarius ex una herba
feciſſe duas,poſtmodum in littera.l.eandem herbam tergemi-
nauit,De lichene ſiquidem ſub proprio uocabulo egit,& li-
mum terræ latine uocauit.Iudicent ergo legentes quanta ſit

Errare Pan-
dectarium

homini fides habenda, qui herbam eandem, modo muſ-
cum, modo hepaticam, modo limum terræ latine nomi-
nat,non ſolum uaria nomina,ſed rem quoque, quæ tamen
una erat,diuerſas opinatus. Quod ſi quis lichenem herbam
prodeſſe hepati ea ratione contendat,quoniam de ipſa ſcribit
Serapio ex Dioſcoridis auctoritae ꝙ ictericis confert.morbus
autem,qui icterus nominatur plurimum hepatis uitio oriatur,

dioſcorides

is etiam Dioſcoride docente diſcat non intra ſumptam ad ui-
tium ipſum tollendum,ſed extra adhibitam potius ad colo-
rem ſcilicet naturalem ictericis reſtituendum herbam liche-
nem a medicis peritioribus cōmendari,quod uerba ipſa Dio-

Mala trāſla-
tio Serapio
nis,

ſcoridis aperte demonſtrant,neque enim cum melle confe-
ctam,atque comeſtam,ut uerba Serapionis male dioſcoridem

ĩterpretãtis uidẽtur innuere,ſed cum melle illitã potius lichenẽ iuuare ićtericos idem Dioſcorides ſcribit. Non eſt autem a ratione alienum hãc ipſam herbam, quæ (ut inquit Galenus) plurimum ualet abſtergẽdo, ſicuti lichenas ita alteram cutis in ićtericis fœditatem delere: Sed poſtquam de uera hepatica hoc ĩ loco diſputatur, ſimilis error Gentilis medici noſtra quoq; ætate celeberrimi haud quaquam eſt diſſimulandus, qui hanc iuuandi Hepar prærogatiuam cuidam Herbæ in lićtoribus maris naſcentis, quam alii ſoldanam, alii per diminutionem ſoldanellam nominant in quodam conſilio tribuit, in quo etiam herbam a pluribus ſoldanam uocatam ſcribit cachilem ab arabibus nominari, de qua itidem cachile refert Serapio ex Iſaac Ebenaram aućtoritate, ꝙ debilitati hepatis confert. Sed quod tãti uiri pace dicere liceat, fallitur ſua opinione Gentilis. neque.n. herba uulgo ſoldana, ſeu ſoldanella uocata eſt apud arabes cachile: ſiquidem herba cachile folio naſturtii, uel uſne deſcribitur a Serapione. Neutra autem ſimilitudo ſoldanae cõuenit, quam ſcimus habere folia hederae foliis ferè ſimilia, quæ quantum a naſturtio, atque uſne diſcrepent, iudicẽt illi, qui haſce herbas aliquando oculis ſunt cõtemplati. Naſturtium quidem cum ſit herba hortẽſis uulgo agriti nominata puto omnibus notam. Vſne autem (ut iquit Serapio) eſt herba cali. Simõ uero de cali ita ſcribit. Cali eſt planta in littoribus maris naſcẽs ſimilis uermiculari pinguis, & ſalſa. Ego hanc puto a græcis τηλέφιον nominari, licet Aućtor Pãdećtarum antiphyllon pro telephio corrupte ſcripſerit, quo etiam dućtus errore uſne facit anthyllidis ſpeciem, cum tamẽ ãthyllis alia herba ſit a telephio, uel uſne. Si qua uero herba ſit, ut ad propoſitum noſtrum reuertamur, quæ ob excellentem iuuandi hepar proprietatem nomine hepatica debeat ĩſigniri, illa profećto eſt eupatorium, quæ etiam inde apud græcos uidetur nominata, ꝙ bona ſit hepati, quanq̃ Plinius ab Eupatore potius inuentore dićtam exiſtimat. de hac enim ſcribit Galenus libro ſexto de ſimplici me

Error Gentilis q herbã uulgo ſoldanam uocatã putauit eſſe cachilẽ apđ Serapionẽ.

Naſturtium uulgo agriti

Vſnem eſſe herbã Cali. græce τηλέφιον dićtã.

Error pãdećtarii

Quænã ſit uera hepatica.

Galenus. libro. vi. đ ſimplici medicina, & libro đ antidotis.

dicina, ꝙ hepatis obſtructiones expurgat, atque inſuper hepar
ipſum corroborat. In libro uero, qui de antidotis īſcribitur idē
Galenus ita de eadem herba ait. Affectum hepar ſæpius herba
eupatorium efficaciter iuuit, ſicuti mirabolanus lienem. Saxi
fraga autem, atque Betonica, renes. Non tamen quod & ali-
bi monuimus ad hunc effectum ſumenda eſt herba illa uulga
ris paſſim in foſſatis naſcens, quæ magno noſtræ ætatis errore
pro uera eupatorio recipitur. neque enim illi hæ notæ conue-
niunt, quibus nobis ueram eupatorium Dioſcorides deſigna-
uit. Quod ſiquis forte a me exigat, ut quæ nam ſit uera eupato
rium aperiam, quod in priore libello de Plinii, ac medicorum
erroribus inſcripto diſtuli manifeſtare, dicā tandem quid ſen-
tiam. ſi prius illud, quod in eodem libello etiam antea oſtēdi.
declarauero, ſemper fuiſſe aliquos in ueris medicinarum no-
minibus etiam prioris ſæculi errores, qui uſque ad noſtra tem-
pora ſunt propagati. nam quia plures ſuperiore quoque ætate
īmperiti, colore decepti, metallum id, quod peritiores Cinaba
rim nominarunt, eſſe draconis ſanguinem crediderunt, atque
ideo non cinabarim, ſed potius draconis ſanguinem idem me
tallum nuncuparunt, nos quoque priſcam ſeruantes conſuetu
dinem ita uocamus. idem in herba eupatorio contigit. hanc
enim multi ueteres, quos Dioſcorides notat, putarunt eſſe ue-
ram argemonium, cum tamē hæc ſit ab eupatorio diuerſa, qui
error ad nos etiam permanauit. herba enim, quæ eſt uera eupa-

Argemonium corrupto uocabulo agrimnia

torium á pluribus creditur eſſe Argemonium, atque ideo cor
rupto uocabulo paſſim Agrimonia nominatur. Quam quidē
rem miror á multis non fuiſſe animaduerſam, cum (ut alio ſcri-
pſimus loco) herba eupatorium paſſim naſcatur, ſic uero á dio-
ſcoride, & Plinio dioſcoridem imitante deſcribitur, ut penē
ſub aſpectum poni uideatur. Hæc eſt Dioſcoridis in eadē her-

Deſcriptio eupatorii apud dioſcoridē, & quo

ba Deſcriptio. Eupatorium herba eſt fruticoſa uirgam unam at
tollens rectam. lignoſam. tenuem. nigram. hirſutam. cubitalem.
uel etiam maiorem, folia per interualla diuiſa in quinque maxi-

me partes, uel plures ſimilia foliis pentaphylli, uel canabis po-
tius, & ipſa quoque ſubnigra ſerratim inciſa per ambitũ. Semen
uero medio cauli adnaſcitur ſub hirſutum uergens ad inferiora
ita ut exiccatum ueſtibus adhæreſcat, in qua quidem deſcriptio
ne ea herba pingitur, quam aliqui, ab illa adhæreſcendi natura,
quam fructui tribuit Dioſcorides lappulam nominarunt, nos
uulgo agrimoniam uocitamus. Sed & alia quæ in eupatorio de
ſcribuntur caulis. ſ. lignoſus, nigricans, hirſutus, cubitalis aliquan
do altitudis, folia ſimilia canabi, uel pentaphyllo ita herbæ uul-
go uocatæ agrimonia quadrant, ut hanc eſſe ueram eupatoriũ
nemo niſi ab ortu naturæ cæcus non agnoſcat. unde etiam du-
plex ſeculi noſtri error deprẽditur alter, ꝙ herbam a ueteribus
eupatorium nomĩatam pro uera argemonio recipimus. Alter
ꝙ pro eupatorio herbam uulgarem, de qua nulla fit a priſcis au
ctoribus mentio nulla nixi uel ratione uel auctoritate ad uſum
medicinæ frequenter adhibemus. Sed hæc quidem quãuis for
te à noſtro propoſito, qui morbum Gallicum potius, quã her-
bas intendimus explanare longe aliena, iuuandæ tamen morta
litatis gratia, quæ hactenus in ueris remediis dignoſcendis hallu
cinatur obiter ſint exarata. Iam ad propoſitum reuertamur, quo
probare intendebamus, quod malum græci λειχῆνας dicunt à
Celſo papulas nominari, ſicuti quod iidem græci λέπραν dicũt
à Celſo etiam impetiginem nuncupari, hoc enim poſſit uel ex
ipſorum morborum definitionibus demonſtrari, nam lichen
in libro, qui ὅροι ἰατρικοί, i. definitiones medicinales in-
ſcribitur ita definitur, ſiue liber ille Galeni fuerit ut titulus præ ſe
fert, ſiue alterius, non multum a Galeni placitis diſſentientis. Li
chen eſt aſperitas cutis cum magno pruritu. Lepra uero hoc pa
cto. Lepra eſt tranſmutatio cutis ad contrarium naturæ habitũ
cum aſperitate. dolore. atq; pruritu & ſquamarum reſolutione.
& quandoque unam quandoque plures corporis. partes depa
ſcitur. Celſus quoque tam in papulis, q̃ etiam in impetigine cu-
tim exaſperari innuit. Impetigini uero hoc proprium tribuit.

nomine. ea-
dem herba
a noſtris uo
cetur mani-
feſtatio.

Morbum a
græcis λειχῆ
νας dictũ, a
Celſo papu
las nomĩari.

Quid lichẽ
& lepra.

ꝙ in ea ſquamulæ reſoluuntur, & hoc quidem fieri in qualibet impetigine, ſicuti etiam omnem eius ſpeciem oriri in pedibus, & manibus, atq; ungues quoque infeſtare idem Celſus teſtificatur, quod poſtremum dictum uel ipſum probare queat nihil aliud ſignificare impetiginem apud Celſum quã lepram, cũ nõ ſolum græci auctores, ſed Plinius quoq; auctor Romanus ungues leproſos ſæpiſſime nominat.

Quid auicẽna intelligat per impetiginẽ excorticatã, & non excorticatã.

Auicenna & ipſe impetiginẽ ita diuidens, quod alia ſit non excorticata, alia excorticata per impetiginem non excorticatam papulas apud Celſum, λειχῆνας uero apud græcos uidetur ſignificare ſicuti per impetiginẽ excorticatam id, quod Celſus uocat ſimpliciter impetiginem, græci uero λέπραν. Sunt autem hæc Auicennæ de impetigine excorticata uerba. Et de impetigine eſt excorticata propter uehementiam ſiccitatis, & multitudinem profunditatis, & eſt ſicuti albaras nigra, & ſicuti cortices. Eſt autem hic dubitatione dignum, cur Auicenna hoc in loco impetiginem excorticatam dixerit eſſe, ſicuti albaras nigram, qui tamen in alio capite ſuperiore albaras nigram ita definierat.

Albaras nigra.

Albaras nigra ẽ impetigo excorticatiua, & eſt ſcabioſitas accidens, aſpera, uehemens, & facit ſquamas ſicuti piſcium cum pruritu, & ẽ propter humorem melancholicum imbibẽtem de eo, quod eſt iuxta ea inhibitione fortiore, q̃ in colore imprimat tantum. hæc quidem Auicenna,

Impetigo excorticatiua.

eſt autem (ut dixi) dubitandum, ſi albaras nigra eſt impetigo excorticatiua, ut hoc in loco inquit Auicenna, quo pacto erit ſicuti albaras nigra, quemadmodum ſcribit inferius, quod.n. eſt ſicuti alterum, non idem uidtur eſſe. Nos uero hanc dubitationem ita ſoluimus. Græcos à quibus arabes omnia iſta acceperunt duo habere uocabula germanos morbos ſignificantia, lepram ſcilicet, & pſoram, atq; ideo hæ duæ paſſiones propter naturæ proximitatẽ a Paulo æginita ſimul deſcribuntur ĩ hãc ſñiam

Lepra & pſora.

Lepra, & pſora ſunt in ſuperficie cutis aſperitates cum pruritu, & reſolutione ex melãcholico humore ortum habentes, ſed lepra quidem cutem profundius depaſcitur in orbem proce-

dens, atq; in ea quædam ueluti ſquamulæ reſoluũtur. Pſora uero magis in ſummo cõſiſtit, uariiſq; modis figuratur, & furfuracea corpora abiicit. Lepra igitur apud Paulũ eſt ĩpetigo excorticatiua apud Auicẽnã, ſicuti ĩpetigo nõ excorticata apud eũdẽ auicẽnã ẽ λειχὴν apud græcos, ut ẽt ſupra mõſtrauimus. Albaras autẽ nigra ẽ Paulo æginitæ pſora, quã qdẽ albaras nigram Auicẽna ab ĩpetigine excorticatiua ſeperauit, cum loco quaſi differẽtiæ adiũxit, & eſt ſcabioſitas accidens, & reliqua, qđ uerbũ adiunctũ ĩdicio eſt tãtũ ĩportare Auicẽnæ albaras nigrã, quã tũ græcis auctoribus ψώραν, hoc, n. uerbũ arabes in ſua lingua baras ĩterpretãtur, quod patet ex uerbis Raſis, quæ libro. xxv. continentis capite illo, quo agit de paſſionibus unguium, in hũc modũ ſcripta legũtur. Dixit Galenus exptus ſum cãtharides, & inueni, ꝙ ſanãt unguiũ baras ſi de eis fiat illinitio cũ ceroto. Huius uero remedii ſufficiẽtẽ ſe habuiſſe experientiã ad ungues pſorã patiẽtes ſcribit Galenus libro undecimo de ſimplici medicina. Vt uero primũ noſtri inſtituti propoſitũ tãdẽ abſoluamus. Cum lepra, ac pſora ſolius ſint cutis affectus, ut ex earꝫ definitionibus cõſtat, ac ferè ſine dolore, in qbus ſquamulæ tãtũ, & cortices furfuri ſimiles emittũtur, nõ aũt puſtulæ eminẽtiores quoddã ueluti uirus ſtillantes quãtæ, ac quales in morbo Gallico apparẽt excitentur morbum gallicum non eſſe lichenas, ſi etiam lichenes cum lepra, ut apud Auicennam, atq; ipſum forte Plinium confundantur tã ratione, quã ſenſu ipſo adſtipulãte demonſtratur.

Raſis

lepra & pſora ſolius cutis paſſiões.

POſtquam ſatis (ut apparet) probauimus morbũ Gallicum non eſſe lichenas, ſiue impetiginem, magnam etiam eius opinionis partem, quæ eũdem morbum eſſe aſafati aſſerit unã uidemur deſtruxiſſe, quando arabes ſafati atque lichenas pro eodem morbo non nunquam accipiunt, eſt enim (ut inquit Auicenna) impetigo non longinqua à ſafati: niſi cum re occulta, & pertranſit ut ſit aſaſati ſicca impetigo malignior. Raſis quoque, quod & antea no

Raſis

tauimus ſcribit in uigeſimo quinto continentis putare ſe impetiginem eſſe tineam ſiccam, quaſi diceret ſafati ſiccam uidetur enim hoc uerbũ ſafati apud arabes duo tineæ genera ſignificare, alteram ſiccam, alteram humidam. Non diſtingunt autem iidem arabes tineam ſiccam ab impetigine ea ratione fortaſſis, ꝙ ſimiles impetigini diſpoſitiones ſicuti faciẽ, ac collũ, ita ſummam capitis partem frequenter infeſtant, Idcirco Auicenna iiſdem remediis utitur etiam ad ſafati, quibus paulus ad lichenas, ſiue impetiginẽ, ſtercore ſcilicet lacerti, & ſtercore turdorum proprie comedentium oryzam, q̃uis paulus aues illas ueſcentes oryza, non turdos, ſed ſturnos potius nominet, de quo arabum, ac præcipue Auicennæ errore turdos pro ſturnis ſæpe ponentium alibi diximus. Quod uero Auicẽna etiam ſafati pro tinea non modo ſicca ueluti aliq̃ãdo raſis, ſed etiam humida accipiat, illæ oſtẽdũt medicinæ, quibus utitur Auicẽna ad ſafati humidam tucia. ſ. climia, et chimolea; et charta cõbuſta cũ aceto, & gũmi pini cum balanſtiis, & aceto, & oleo roſaceo, hæc. n. omnia ferè Paulus æginita ad faui. i. cuiuſdam ſpeciei tineæ humidæ ita noĩatæ adhibet curationem. Meſue quoque Galenum allegat ſcribentem multos ſe ſanaſſe, qui ſafati patiebantur linimẽto chartarum combuſtarum tritarum, & cum aceto temperatarum. Hoc autem medicamento Galenus libro primo decẽ tractatuũ qui memiri ĩſcribitur apud arabes ad achoras. i. alterã humidæ tineæ ſpeciem uſum ſe fuiſſe teſtatur, quam etiam tineæ ſpeciem raſis in libro diuiſionum ſafati nominat, ſcribens enim de altera ſpecie quã græci κηρίον nos fauũ appellamus, ait ꝙ eius foramen eſt latius, & maius foramine ſafati, quæ ſunt Galeni, ac Pauli uerba achoras, & fauum ex oraminum magnitudine diſtinguentiũ. Idem Raſis in libro de ægritudinibus puerorum alteram tineæ ſpeciem, quæ fauus, ſiue (ut ipſe inquit) fauoſitas mellis uocatur etiam ſafati nomine arabico nuncupauit. hæc enim ſunt eius uerba. Paſſio quæ dicitur fauoſitas eſt ſpecies ſafati. In almanſore etiam ha-

Error arabũ ac precipue Auicennæ ponentium turdos pro ſturnis.

Meſue

betur capitulum de ſafai, uel ſafati, quæ ſunt ut ibi exponitur ul
cera capitis habentia cruſtas. Vſque adeo autem raſis ſafati capi-
tis morbis addixit, ut uigeſimo quinto continentis, quod etiam
teſtatur Nicolus ſafati capitis impetiginẽ nominauerit, qui iti-
dem nicolus de ſafati, & tinea unà agit, & ſafati .i. tineæ ut ipſe
etiam exponit plures modos enumerat ex galeni in primo me-
miri, & libro đ apoſtematibus auctoritate. Apud Auicenam ẽt
omnes ſafati ſpecies ſunt cutis capitis paſſiones. nam ſafati inci-
piẽs, quæ eſt (ut Auicenna inquit) botor paruæ, fixæ. leues. diui
ſæ in numeratione locorum, deinde exulcerãtes nihil aliud ſũt
niſi exanthemata ideſt puſtulæ, quas ſcribit Paulus rubidi eſſe
coloris, & aſperas ſummam capitis partem exulcerantes. Siren
gi uero, quæ eſt ſpecies ſafati humidæ apud Auicẽnã eſt κηρίον
ideſt fauus apud græcos ad quã (ut diximus antea) Auicẽna ſcri
bit eadẽ remedia, quæ Paulus (ut uideatur uerbũ græcũ κηρίον
in ſirengi apud Auicennam eſſe deprauatum, ſicuti forte ψυ-
δράκια in balciati, ſiue ut alii ſcribunt raciati alteram ſafati ſpe-
ciem. Sunt autem ψυδράκια: ut Paulus, atque Alexander ex-
ponunt, puſtulæ ſuper cutem capitis eminentes. Verbum au-
tem balciati puſtulas tales apud Auicennam ſignificare indicãt
ipſius Auicẽnæ uerba ſequẽtia, qnæ ita ſe habẽt. Et balciati qdẽ
ẽ de genere ſafati malæ, & quãdoq; eſt cã eius morſus ſicuti ſcini
fes maligni. ẽ aũt uerbũ ſcinifes æque hoc iloco a uerbo græco
conopes deformatũ, cuius quidẽ uerbi q̃tumlibet uitiati ſigni
ficatũ pandectarius intellexit, nõ tamen ſcripturã emendauit,
ſed corruptũ uocabulũ ita ut iuenit, expoſuit hoc mõ. Scinifes
.i. quædã muſca parua q̃ſi effugiẽs uiſionẽ habẽs aculeũ acutũ, &
alio noĩe uocatur culex culicis, & idiomate noſtro uocatur ſen
zala, unde declinatur hoc ſcinifes gtõ huius ſcinifes ideclinabi
le. Hæc pãdectarius nõ magna cũ elegãtia, ſed fide tamen, nã ꝙ
nomẽ ſcinifes ſit ideclinabile oſtẽdit modus ipſe loquẽdi Aui-
cẽnæ cũ iquit morſus ſicuti ſcinifes maligni, eſt. n. ſcinifes caſus
genitiui. Quod uero conopis, ſeu culicis morſus in cute uerti-

Apud Auicẽnam oẽs ſaphati ſpecies eſſe cutis capitis paſſiones.

Paulus & Alexander

cis uel faciei tales puſtulas excitet, quales dixius a Paulo, atq;
Alexandro medicis pſydracia nominari loca habitantes, in q-
bus plurimus eſt eius inſecti prouẽtus magno ſui tædio plerũq;
experiuntur. Tãtam aũt fieri græcoꝝ nominũ, uel morbos, uel
aĩalia ſignificãtiũ in libris Auicẽnæ trãſformatõem, quãtã hoc in
loco ĩſinuauimus unuſqſque mihi facile credet, q ĩ ſecũdo eiuſ
dẽ auctoris uolumine æqualẽ, uel ẽt aliquãdo maiorẽ in nomini
bus medicinaꝝ factã aĩaduerterit. Cũ ibidẽ chochiũ pro pho-
cha. i. uitulo marino Cheichen pro cancamo. i. gũmi quodam

Multa nomina herbarum deprauata apud auicennam.

odorato. aſtratiſus pro aſteratticus. i. herba iguĩaria. baeche pro
becio. i. tuſſilagie. biloniũ, pro pelio. beblin pro peplo herbis
earũdem uiriũ. altera tamẽ portulacæ hortẽſi, altera rutæ ſimili-
bus. gueguers pro cenchro. i. milio. ſucutũ pro ſymphito. i. cõ-
ſolida herba. teſiſie pro thapſia, & mille aliæ græcoꝝ uerborum
corruptões inueniãtur, quas uix puto poſſe intelligi ſine aucto-
rũ græcoꝝ, q medicinã poſteris tradidere cognitõe. quando &

Errores Auicennæ i thapſia & ſymphyto herba.

prætermiſit,ubi uero reticere,quoniã non de uerucis,ſed for-mica potius corroſiua curãda agebatur ꝑ erã allegauit. Huc uero tã multa,ꝙ dixius de Auicẽna multos ĩ unũ morbos cõfũdẽte oĩa tẽdebãt,ut oſtẽderemus ipſũ ſimili,atq; aliquãto maiore ĩ pruna,atq; igne pſico uſũ fuiſſe cõfuſione,neqs forte ſuſpicetur nos ĩ tã lõgis digreſſionibus ea,quæ nihil ad propoſitũ noſtrum ptinerẽt cõgſiuiſſe. cũ.n.probare itẽderemus morbũ gallicũ nõ eẽ ignẽ pſicũ,oĩs uero de ꝗcũq; re ſumitur diſputatio đ beat a definitõe,ut ait. C.proficiſci,neceſſariũ hũimus ãtea oſtẽdere,ꝙ nõ cõſtaret apud Auicẽnã qd eẽt ignis pſicus,aliquãdo .n.ipſũ ex ſãguĩe craſſo,& melãcholico iqt generari,ut ẽt antea admonuimus,aliquãdo uero ex cholera pmiſta melãcholiæ,& nũc ignẽ pſicũ idẽ gẽus facit cũ pruna,ut cũ iqt hæc duo noĩa fortaſſe abſoluta ſũt ſup oẽm puſtulã corroſiuã ueſicãtẽ, adurẽtẽ,faciẽtẽ accidere eſcarã,qualẽ facit accidere cõbuſtio,& cauteriũ,nũc uero diuerſificat,ut cũ iqt prunã eẽ magis melãcholicã, ignẽ uero pſicũ magis cholericũ,quãdoq; trahit ipſũ ad formicã comeſtiuã ut cũ ita ſcribit,& quãdoq; abſoluitur nomẽ ignis pſici de illis,ſup quo' ẽ illic puſtula de genere formicæ comeſtiuæ adurẽs ueſicãs. quãdoq; ad formicã trãſfert miliarẽ,ut cũ ſcribit ĩ hũc modũ. Et quãdoq; ſũt cum formicæ ſpẽbus & miliaris malæ febres uehemẽtis caliditatis pnicioſæ. Quaſi apud ipſum Auicẽnã ignis pſicus,& formica miliaris nõ differãt,neq; multũ referat utꝝ ignis pſici uel formicæ miliaris,ſigna manifeſtet & ſane diligentius intuenti formica miliaris & ignis perſicus nihil, aut paꝝ admodũ differũt apud Auicẽnã,ſũt.n.ĩ utroq; ueſicæ milio ſimiles,ueluti Raſis. Paulus.atq; Galenus libro xiiii. artis curatiuæ cõſẽtiũt. Quod ſi Auicẽnã ſeqmur nõ mõ forma, ſed ẽt materia eadẽ ĩ ambobꝰ morbis repitur,quoniã tã ignis pſicus ꝗ etiã formica miliaris ſecũdũ Auicẽnã fiũt ex cholera pmixta melãcholiæ,niſi forte qs dixerit ad faciẽdã formicã miliarẽ nõ ſolã ſufficere melãcholiã coleræ adiũctã,ſed ĩſup ẽt phlegma reqri. hoc.n.uidetur ĩnuere Auicẽna capite de formica miliari ex uerbis illis. Neceſſe eſt illic eſſe ex melancholia,& phlegmate,quæ

Auicẽnam de igne perſico modo unum modo aliud ſẽtire.

admiſcentur choleræ. Sed cum idem Auicēna ſicuti Galenus ex ſolo phlegmate miſto cū cholera eandem formicā miliarē generari aliquádo fateatur. cur nō itidē melācholiā abſq; phleg matis ſocietate iūctā cū cholera poſſe eūdē facere morbū con ceſſerit? Multi quoq; medici iuniores opinātur æque ex una, ſi cuti ex altera mixtione formicam miliarem procreari. Quare & ignis perſicus, & formica miliaris ī eadem non mō forma, ſed ēt materia ſecūdū Auicēnæ ſnīam cōueniēt. Quāq̄ forte quiſpiā illam aſſignabit diuerſitatem, ꝙ in igne pſico materia cholerica ſit magis aduſta. q̄ ī formica miliari. Cur uero hoc cū ipſa ēt ſua caliditate ueſicas excitet, & ut inquit Auicēna febres faciat uehementis caliditatis atq; iō pniciosas, febris āt & alia accidētia, quæ in formica miliari Auicenna nominat ſunt ignis ſacri, ſeu perſici propria. quem etiam prunam appellat Auicenna ad imitationē Galeni, q eūdē morbū & quartodecio artis curatiuæ uolumine. & multis aliis in locis anthracem uocat, quo in loco idem Galenus omnia hæc de anthrace refert. quæ etiam hic ſcribit Auicenna de formica miliari, quod uidelicet febres habet uehementis caliditatis, & ꝙ fit aliquando ex eiſdem cauſis ex quibus fit peſtilentia, & quod aſſimilatur in colore phlegmoni, magis tamen ad atræ declināte. Quare non temere hoc in loco Dinus dubitauit cur cum Auicenna in hoc capite intenderet de pruna, & igne perſico agere, ſigna tamen formicæ miliaris, & nō ignis perſici, ut cuiquam nō abſq; ratione uideretur expreſſerit. Soluit autem uerba Auicennæ in hunc modū exponēdo. Et quandoq; ſunt cū ſpeciebus formicæ miliaris. i. cum pruna, & igne perſico, quæ poſſunt abſolui ſuper ſpecies formicæ miliaris malæ. Hæc uero ſolutio mihi non placet, neq; uidetur ipſi Dino eſſe cōſentiēs, nā cū quatuor ponat Auicēna modos ſup quos abſoluitur nomē prunæ, & ignis pſici, ex quibus quartus eſt magis proprius ſecundū Dini expōſitóem, cur hūc tacuit Auicēna, & aliū minus propriū memorauit? uolēs tamen ex quæ tā ignē pſicū propriæ ſumptū, q̄ etiā prunam comitātur oſtēdere. Quare cū Auicēna ſub nomine formicæ miliaris ſcri-

Solutionē Dini non placere.

bat propria accidentia ignis pſici, & prunæ, uel nō differre, prunam, & ignē perſicū a formica exiſtimauit, uel magis cum hoc q̄ cū alio aliquo morbo cōuenire. Idē tamē Auicēna ſuperius capite de apoſtematibus, & puſtulis ignē perſicū non formicæ miliari. ſed potius heriſipilæ in naturæ uicinitate conſociat, ubi ita ſcribit. At uero ex ſanguine groſſo malo fiunt ſpécies exitu rarum malarū, nam ſi eius malicia uehemens fiat, & ipſius aduſtio proueniet heriſipila, & eueniet combuſtio & cruſta, & deterior ea eſt ignis perſicus. Hic Auicenna facit ignem perſicū non modo in materia, ſed etiam in forma cum heriſipila communicare, licet ignem perſicum dicat eē deteriorem. Torquēt autem hæc nerba Dinum, atq; Gentilem expoſitores Auicennæ, coguntq; ipſos multa imaginari fortea ueritate aliena. Dinus ſiquidem tale apoſtema factum ex ſanguine groſſo nō ueram eſſe heriſipilam arbitratur, ſed potius phlegmonem, qui aſſimilatur heriſipilæ in accidentibus. quod etiam uidetur ſentire Gentilis, qui nomen heriſipilæ hic ſumi improprie fatetur.

Dinus & Gētiliſ expoſitores Auicennæ.

Sed cur tale apoſtema factum ex ſanguine groſſo malo aduſto (ut inquit Auicenna) heriſipilæ, quæ fit ex cholera pura ſecundum eundem Auicennam ſimile iudicatur, & non magis anthraci, qui (ut inquit Galenus primo de differentiis febrium & pluribus aliis in locis) fit e ſanguine melancholico ſuper aſſato Idcirco neq; cum Dino, neq; cum Gentile conſentio, quorũ alter uult heriſipilam. & ignem perſicum eſſe apoſtemata cholerica, alter ſanguinea quidem, ſed ad naturam choleræ declinantia, cur enim non magis ad melancholiam cum ſanguis, ex quo generantur, ſit melancholicus, qui tādem procedēte aduſtione conuertitur in melancholiam. Mihi quidem heriſpila atq; ignis perſicus hoc in loco ab Auicenna nominati non aliter differentes, niſi quia alter eſt altero deterior, nihil aliud eſſe uidentur q̄ anthrax, de quo Galenus multis, ut dixi ī locis facit mentionem, atq; ideo non heriſipilæ, uel igni perſico ſimiles diſpoſitiones, ſed uera pruna, uel ignis perſicuſ potius, quæ eni hic Anicenna in heriſipila, & igne perſico ſcribit, combuſtio-

Opinionē Dini & Gētilis nō placere.

nem ſcilicet & cruſtam eadem tribuit Galenus anthraci, uultq;
ipſū e ſanguie groſſo aduſto, ſicut ēt Auicenna hoc in loco he
riſipilam & ignem perſicum procreari. Sed & heriſipilam eun
dem eſſe morbū aliquādo apud Arabes, q ſit apud Galenū an
thrax euidētius oſtēdamus. libro. xiii. cōtinētis apđ raſim iſta uer
ba legūtur. Dixit. ſ. Galenus ſecūdo libro artis curatiuæ ad glau
conem, quē etiā raſis paulo ante citauerat. Quotiēs ſanguis ſup
ueniens ad mēbrum fuerit ſuperabūdans groſſus & calidus ge-
nerabit cicatricē ad modū coct uræ ignis ēt ſecus ulcus erit apo
ſtema calidū bulliēs & uehemētis doloris & morbꝰ ille appella
tur heriſipila. Quod ſi ipſe ſanguis fuerit ī diſpōne ſui ī ſupabū-
dātia groſſi bulliēte, & caliditate, & tamē ī ſe hūerit eruginē ſubti
lē īfert ampullas admodū illaꝝ, quæ accidunt ad cōbuſtiōem
ignis & emanātibꝰ ipſis ampullis ſub eis appebit illud ulcus ha
bēs cicatricē & appellatur heriſipila ſimiliter. Hæc qdē oīa đ he
riſipila uerba ſūpta ſūt e ſecūdo libro artis curatiuæ ad glauco-
nē, ubi Galenus duplicē modū, quo anthrax generatur expōit.
Sed & idē raſis libro diuiſionū heriſipilā & ignē pſicū q̄ſi pro
eodē morbo uidetur accipe, ita iqēs, quādoq; ī corpe egrediun
tur bothor, & īcipiūt ueIociter puenire ad hoc, ut fiāt cruſtæ ni
græ, aut uirides, & fiat illud quod ē ī circuitu eaꝝ rubrū, & colo
ris pauonis tūc illud noīatur heriſipila, & ignis pſicus. Pluribus
tamē ī locis raſis libro tertiodecīo cōtinētis facit ignē ſacꝝ uel
pſicū nō ſolū eēntia, ſed ēt accidētibus ab heriſipila differre. nā
libro. xiii. continētis ſcribit in hunc modum, de igne ſacro. Hic
morbus accidit e ſanguine groſſo ebulliēte, ſed in maiore par-
te incipit cum puſtulis præcedentibꝰ eum, & quādoq; accidit
ſine puſtulis, uerūtamē oīo erit cū eo aliq̄ excitatio ī loco, ī quo
fieri incepit. & ex pruritu egrediētur puſtulæ, & poſt emanatio
nē ipſaꝝ efficiūt ulcuſ cū cicatrice iminēti ad ſimilitudinē cōbu
ſtiōis ignis, & quādoq; accidit una puſtula, quādoq; plures puu
læ ad modum pānici, & cū eis accidit febris uehemētior febre
phlegmōiſ et heriſipilæ, alio āt eiuſdē libri loco ſcribit ignē ſacꝝ
non ſolū febre acutiore, ſed etiam colore ab heriſipila differre

Heriſipila apud Arabes eſſe eūdē morbum aliquādo q apud Galenū anthrax.

Hæc uero oïa ferè ẽt ſcribuntur a Galeno & libro quarto decio artis curatiuæ, & pluribus aliis ĩ locis de anthrace. ſæpiſſime enĩ ubi Galenus ſcribit anthracẽ raſis ignẽ ſacrũ, uel pſicũ interpretatur, q̃q̃ ut, etiã antea admonuimus, arabes & paſſim medici iuniores, qui arabũ doctrinã ſequuntur, aliud p anthracẽ, aliud p ignem ſacrũ uel pſicum itelligant, atq; ideo ẽt prunã ab anthrace diſtinguant, cũ tamẽ anthrax uerbũ græcum ſignificet latinæ carbonẽ, uel prunã, ut Auicennæ iterpres dicere maluit Cur uero Auicẽna, atq; raſis anthracẽ, de quo Galenus loqtur nõ mõ prunã, uel ignem perſicũ, ſed ẽt heriſipilã aliquando noiarint, neſcirem aliã reddere rationẽ, niſi quã ẽt ſuperius multoꝶ, qui ĩ Auicẽnæ libris iueniuntur erroꝶ aſſignaui, malas. ſ. græcoꝶ auctoꝶ ĩ linguã arabicã tranſlatiões in qbus non mõ herbaꝶ, ſed etiã morboꝶ noia plærunq; diuerſa notantur, unde ſicuti eadẽ herba ſæpius apud Auicẽnã ſub uariis noibus ſcripta, ita idem morbus diuerſimode nũcupatus repitur. Poſſem multaꝶ herbaꝶ, in quibus hic error accidit apud Auicennã exempla proferre, ſed unũ tantũ uitãdæ prolixitatis gratia hoc ĩ loco cõmemoraſſe ſufficiet. In uolubili herba, de qua ẽt ẽ facta mẽtio ſupius iter medicamẽta, quæ in curatiõe formicæ ſcribit Auicẽna. Hæc ſiqdẽ herba aliquãdo in littera. C. cuſſos pro ciſſos. i. hedera nominatur. aliquãdo in littera. u. uolubilis maior, &c, tunc quoq; pro hædera ſumitur. oẽs. n. quæ uolubili magnæ ab Auicenna tribuuntur proprietates, ut ꝙ lac eius abradit pilos, & interficit pediculos, & ꝙ folia eius recentia cõueniẽtia ſunt ulceribus magnis, & ꝙ conſolidãt decocta in uino: & ex eis emplaſtrũ factũ ſuppoſitũ aduſtioni ignis & proprie cũ ceroto, & ꝙ diſtillatur ſuccus eius in aurem doloroſam, & confert ulceribus antiquis in ea & quod iuuet ſpleneticos cum aceto, hæc ĩquam omnia hederæ à Galeno aſſignantur. Quod ſi quis mihi hoc ĩ loco obiiciat nullo mõ poſſe uolubilẽ pro hedera apud Auicennã itelligi, quoniã idẽ Auicẽna inqt uolubilẽ magnã ſuo lacte abradere pilos & pediculos interficere: & aquã eius eſſe ſolutiuam cũ tamẽ hedera nõ habeat lac, neq; ſoluẽdi ſed adſtringendi potius ut de ea ſcribit Galenus poteſtatẽ, facilis ẽ

Auicẽnã atq; raſim anthracẽ apud Galenũ aliquãdo noiaſſe ignem pſicũ aliquãdo herſipilam.

Volubilis herba.

ad iſta reſpōſio. Nam ſicuti Auicēna in capite de cuſſos hede-
ræ uires cū alterius herbæ quæ ladanū fert uiribus miſcuit, ut ali
bi oſtendimus. ita etiā hic hederæ proprietates cū alterius her-
bæ proprietatibus, quæ uolubilis maior à Meſue, & pluribus
aliis nominatur manifeſte cōfudit, quæ quidē uolubilis maior
à græcis κυσσάμπελος .i. hedera uitealis à Plinio cōuoluolum
uulgo cāpāella. quod etiam alias manifeſtauimus nuncupatur.
Hæc autem hedera uitealis, ſiue uolubilis maior, ſiue cōuoluo
ſum, uel quocunq; alio nomine libeat appellare lacte plurimo
manat, & aluū ciet. Idcirco Auicēna, qui uiſus eſt neſciiſſe uerā
hederam ab hedera uiteali diſtinguere ſicuti pro hedera uolu-
bilem, ita lac pro lachryma poſuit, eſt. n. uere hederæ lachryma
non autem hederæ uirialis lac, cui tam à Galeno, q̄ etiam a dio
ſcoride is datur effectus, ꝙ pilos abradat, & pediculos interfici
at. Quare Auicenna mixtiſchiarum herbarū etiam natura di-
ſtantiū poteſtatibus magnā peperit cōfuſionē. & ſicuti in mor
boꝝ, ita ēt in herbarum tractatione capitulū ī capitulo poſuit.
Quos maxime errores inde arbitror habuiſſe occaſionē, quia
uarii interpretes arabes eaſdem nō modo herbas, ſed etiā mor-
bos uariis noībus nuncuparunt, qui enī dioſcoridem e græca
lingua in arabicā trāſtulit hederā græco uocabulo, corrupto ta
mē cuſſos noīauit, qui aūt Galenū cōuertit, pro hedera leleb
ideſt uolubilem poſuit, quoniā hedera uirealis eodē nomine
apud arabes appellatur. Idē arbitror in uerbo anthrax cōtigiſſe
quod in quibuſdam Galeni libris ſicuti quartodecimo artis cu
ratiuæ ignis ſacer, ſeu perſicus apud arabes interpretatur, in q-
buſdā uero, ſicuti forte in ſecundo artis curatiuæ ad Glauconē
heriſipila, unde factū eſt, ut tā Auicēna, q̄ etiam raſis eūdē mor
bū aliquādo ignē ſacrū, ſeu pſicū, aliquādo heriſipilā noīarint,
atq; ita ſibi ipſis quādoq; cōtradixerit, ſicuti raſis qui mō inter
ignē ſacrū, atq; heriſipilā ſtatuit differētiā, mō, quæ ſunt ignis p-
ſici proprietates, eaſdem tribuit heriſipilæ. Auicenna uero nō
nunq̄ ignē ſacrū, atq; una heriſipilā ſcribit e ſāguine groſſo gene
rari, non nunquam heriſipilam quidem ex cholera pura. ignē

Raſim atq; Auicēnam ſibi ipſis aliquando cōtradicere.

aũt ſacrũ ex cholera pmixta m elãcholiæ, maiore tamen choleræ portiõe. Quæ quidẽ cõtradictiones expoſitores latinos coege runt noua morbo℞ genera præter illa, quæ nimis multa natura mortalis hoĩbus dedit falſa ſibi imaginatione cõfingere, flegmo nem.ſ. heriſipilæ ſimilẽ quaſi non ſufficeret phlegmon heriſipi latodes, hic.n. alius eſt ab eo, quem gentilis imaginatur, & phle gmonẽ igni pſico ſimilẽ quaſi ignis pſicus nõ multas hẽat apud Auicẽnã alio℞ morbo℞ (de quibus antea diximus,) ſimilitudi nes. Huic tamẽ morbo adeo multiplici Auicẽna penẽ ſimpli cẽ adhibet curationẽ, illã.ſ. quã Galenus, ac Paulus ſcribunt ad anthracẽ, ut mihi non paruã faciat admirationẽ Auicennã non modo à græcis, ſed ẽt à ſeipſo in hoc morbo diſcordẽ, in uno ta men curandi genere eẽ cõcordem. Sed neq; Romani auctores inter ſe de eodẽ morbo conſentiũt, Plinius.n. queadmodũ, & Seruius in expoſitione carminis uirgiliani. Tpe contractos ar tus ſacer ignis edebat. p ignẽ ſacrũ morbũ ĩtelligit, quẽ græci uo cant ἐρισιπέλατα. Celſus diuerſũ putauit, & cũ ignẽ ſacrũ deſcri bit p minimas puſtulas aliqñ ſerpẽtẽ aliquãdo ſũmã cutẽ exul cerãtẽ uidetur herpetẽ tã comedentẽ, q̃ etiã miliarẽ, de qbus an tea diximus ſignificare, licet idẽ Celſus capite antecedente ul cus qđ ſerpẽdo penetrãdoq; uſq; ad oſſa corpus uorat ἕρπητα ἐσθιόμενον à græcis nominari aſſeruerit. Sed hoc genus ulceris græci medici peritiores hippochrates.ſ. Galenus ac Paulus ab eodẽ uorandi corpus effectu φαγέδαιναν nominãt ſicuti alte℞ qđ carnẽ nõ attigit ſed cuti tantũ exul cerat ἕρπητα ἐσθιόμενον ſiue comedentem appellant. Viderint ergo qui ſolũ cultum atq; nitorem ſermonis attẽdentes Celſũ faciũt medicinæ deum malint ne Celſo hoĩ romano an hippocrati & reliquis celebris nois græcis auctoribus in græca morbo℞ credere appellatione Tantã uero de pruna, igne ſacro, uel perſico opinionũ diuerſi tatem non mõ longũ opus foret improbare, ſed ẽt ſuperuacu um, quãdo & ſine alia cõfutatione ipſæ ſua ſe contrarietate pro ſternunt. Quod ſi ex oĩbus illã quæ uerior eſſe uidetur uelimus capere tũ à Galeno. ac Paulo tũ etiã à raſi tertiodecim o conti

Romanos auctores de igne ſacro diſſentire.

nẽtis approbatã quæ ignẽ ſacrũ, aut perſicũ, ſiue carbonem, uel pruná ita deſcribit unà ẽt ipſius cãm explicãdo, cũ ſanguis melãcholicus feruẽs in aliquod mẽbrũ ĩcubuerit, contigit fieri eos, quos carbones noíamus, qui ſunt ulcera cruſtoſa magna quidẽ ex parte à puſtula incipiẽtia q̃lis ĩ igne aduſtis apparet, quãdoq; uero ſine ea, ſed ſcalpitur quidẽ membrũ oĩno ab initio, deinde nõ nunq̃ una puſtula aliquãdo plures excitãtur, tenues uelu ti milium, quibus diſruptis ſimiliter ulcus cruſtoſũ fit ſimile his quæ à cauteriis fiunt, cruſta nõ nunq̃ colorẽ cinericiũ præſe ferente, aliquando nigrũ cũ eo ꝙ baſi ſua firmiter adhæret, ac ueluti clauo fixa uidetur, alia carne circunſtãte ueluti inflãmata, & nigricãte, uel ẽt ſplendẽte ſicuti aſphaltũ, & pix talis. n. eſt quæ uere atra bilis nominatur, ſi inquã ita ignem ſacrũ aut perſicũ, ſiue carbonẽ, uel prunã (hæc. n. oĩa nomina eundẽ morbũ apud diuerſos auctores ſignificãt) deſignemus ueluti etiã uidetur uoluiſſe Auicenna prunã & ignem pſicum libro quarto deſignare, licet, ut multis aliis in locis, ita & hic barbare, & obſcure loquatur, talem morbum differre ab eo, quem gallicum nominamus, tum ex multis aliis notis, quæ alteri inſunt, alteri deſunt demonſtratur tum etiam ex puſtulis, quæ ſunt ĩ morbo gallico lõge milio grandiores, ac præterea ex febre acutiſſima, atque aliquãdo mortifera, quæ ut ſcribit Galẽus quartodecimo artis curatiuæ libro, & libro etiam de tumoribus contra naturam, & raſis pariter tertiodecimo continentis carbonem, ſiue ignem ſacrum neceſſario comitatur, quod etiam ex parte ſentit Auicenna, qui ſub nomine formicæ miliaris ignẽ perſicum afferre aliquando febres pernicioſas inſinuat, altero aũt libri quarti capite, ubi agit de ulceribus corroſiuis. & putrefactiuis qualia ĩuit eſſe ſecundũ Galeni ſententiam ignem perſicũ, & formicã ambulatiuam in huiuſcemodi ulceribus febrẽ multiplicari, aut inſepabiliter adhærere aſſeuerat, licet Dinus ĩ eius loci expoſitionẽ nolit ſecundũ Galeni opinionẽ ignẽ pſicũ eẽ ulcus putrefactiuũ ſed tãtũ corroſiuũ, atq; ideo plurimũ febre uacare neſciens forte Galenũ nunq̃ ĩ ſua lĩgua de igne pſico, niſi ſub hoc no

Vera deſcriptio ignis ſacri uel perſici.

mine anthrax fuiſſe locutum, in cuius ulceris curatione idem
Galenus libro quarto decimo artis curatiuæ damnat cataplaſ-
mata quæ uim habent cõcoquendi, et pus mouendi, ne maior
putredo ſuperueniat, ulceri quoq; ignis ſacri, ſeu pſici adiunctã
Raſis — eſſe febrem, atq; putredinem teſtatur raſis libro. xiii. cõtinentis
ita ſcribens. ignis ſacer eſt ulcus, in cuius loco accidit ampulla ſi
milis ampullæ factæ ex igne cum cicatrice maligna. ſed ĩ loco at
tinente ei erit apoſtema inflammatum prouocans febrem uio-
lentam ualde. Itẽ raſis ĩ alio eiuſdem libri loco ita ſcribit. Apo-
ſtema calidum accidens e ſanguine calido, & groſſo, quod ap-
pellatur ignis ſacer cum ulcere eius erit putrefactio. Dinus er
go uel iſta nõ uidit, aut differre ignem ſacrum a pſico apud Ra-
ſim, ſeu ignẽ pſicum ab anthrace apud Galenum exiſtimauit.
Quare ut diximus morbus gallicus uel hac potiſſimum nota ab
igne pſico ſeparatur, quoniam, qui gallico morbo tentãtur fe-
brẽ magna ex pte nõ hẽnt, uel ita exiguam, ut uix ſentiãt. Si quæ
uero puſtulæ ĩ hoc morbo appuere ſubnigræ, & cruſtis ſimiles,
quales ĩ igne aduſtis uiſũtur eas puto potius ex eo fuiſſe genere
puſtulaꝝ, quas ſcribit Galenus libro, q de cholera nigra ĩſcribi-
tur ex atra bile citra febrẽ oriri, q̃ hoc ipſo ab anthrace, ſiue a carbone
bone diſtinguũtur, quoniã hic cũ febre, illæ ſine febre fiũt. Nõ
tamẽ morbũ gallicum ſimplicem morbum, qui cũ eiuſdẽ natu
ræ puſtulis oĩbus eo laborãtibus morbo accidat, atq; ió uel pu-
ſtulæ melãcholicæ, uel heriſipelas uel herpes, ſiue formica, uel
aliquo uno noĩe ſpãli ĩ cũctis poſſit appellari iudicamus cũ pro
uariis hoĩum, quos morbus iſte male habet compoſituris aliæ
aliis puſtulæ eueniãt, ĩ quibuſdã atram bilẽ, in quibuſdam flauã ĩ
nõnullis pituitã ſalſam præſertim & uarias præterea ſupfluitatũ
miſturas ſuo colore repreſentãtes. Quare ut tota huius morbi
Opinio ſcri bẽtis d̃ morbo gallico — natura, nõ ãt una ſola pticula facilius ueniat ĩ noticiã cãs, a qbus
hũit originẽ Paulo altius repetemus. Sic itaque dicimus. Miliũ
hoc, qd̃ morbũ Gallicũ uulgo uocãt ĩter epidemias hoc ẽ mor
bos populatim uagãtes debere cõnumerari. Hæ uero aut diui
na ira, ut theologi ſentiunt, aut ui aſtrorum, ut aſtrologi opinan-

tur, uel ex certa aeris intēperie queād modū medici arbitrantur eueniūt. Nos medicos hac i parte ſequētes cās naturæ proximi ores aſſignabimus. Illud ſatis cōſtat eo anno, quo morbus gallicus cœpit pululare magnā aquaꝝ p uniuerſam Italiā fuiſſe exuberātiā. Teſtis ē Roma, q̄ pria id malū ſēſit, ī q̄ tybris ita ītumuit, ut tota ſit facta nauigabilis. quā rē Pōpōius noſtri tpis poeta celeberrimus elegāti tetraſticho publica colūna ipreſſo d̄ſignauit.

Tempore Alexandri ſexti noniſq; decembris
Intumuit thybris bis ſenas circiter ulnas.
Inſula quæque domus facta eſt. mediiſque repente
Circunducta uiis æquabat cymba feneſtras.
Deucalioneo uix tantum tempore tellus
Diluuium paſſa eſt, latuit cum tota ſubundis.

Nos uero duobꝰ poſtremis uerſibꝰ additis hexaſtichō ex tetraſticho fecimus, ut nō mō eā, q̄ romanā urbē ſed q̄ preterea magnā europæ partē circa eadē tpa oppreſſit aquaꝝ multitudinē cōprēderemus, nō aliter. n. q̄ i romano thybris, i agro ēt Bononienſi rhenus, in Ferarienſi, & Mantuano Padus, in Venetia, Atheſis extra ſolitos limites exūdarūt. Tātis deniq; ībribus annus ille ubiq; maduit, ut terris exīde humētibus atq; ſtagnātibꝰ minus mirādū ſit æſtiuū aerē ad illā ueniſſe ītēperiē calidā. ſ. & humidā, quā medici, atq; philoſophi oīum putredinū matrē eē cōfitētur. Similē uel ēt peiorē aliquādo fuiſſe ea. ſ. tēpeſtate, q̄ Gothi Italiā bellis īfeſtabāt ex q̄ īgēs orta ē peſtilētia Blundus Forliuiēſis hiſtoriaꝝ ſcriptor diligētiſſimus priæ Decadis uolumine octauo memoriæ prodit his uerbis. Imbribus nāq; multos dies cōtīnuātibus diluuiū fore appuit. Tybris tūc mēſe octobri prope exacto adeo aqs ītumuit, ut Romæ mœnia alicubi ſupauerit unde regiones urbis fluuio proxiæ maxīa acceperūt icōmoda. Per Italiā uero ubiq; latuerūt cāpi, & ex mōtibus. collibꝰ ue oīs mota aratro gleba i cœnū liq̄facta ſimul cū aqs i ima ē d̄lapſa, ut flumībus poſtmodū ītra ripas coactis cāpi aqua deſtituti limo nihilominus māſerit obtecti, & ſata. q̄ tūc primas iecerāt radiceſ putrefacta ſint, nec eo auctūno obtinēte oīa lutho aliud ſemen

Blūdus forliuienſis hiſtoricus.

d

terræ potuerit mãdari, unde fames maxĩa breui ẽ ſecuta. Sed nõ ſolũ famẽ ea attulit aq̃ꝝ iundatio, ueꝝ ẽt aera ſicuti & terrã corrũpẽs peſtilẽtiã oriri fecit adeo igẽtẽ, ut maximã populoꝝ partẽ ubiq; p Italiã abſũpſerit. Qua tactus labe Pelagius põtifex Romæ obiit. Hæc blũdus. Sed nõ lõgo poſt tẽpoꝝ ĩteruallo Bonifacio.iiii. Romæ põtificatũ gerẽte (ut ſcribit Platia) ĩ libro d̃ uitis põtificũ. fame. peſte. & ĩundatõe, quoq; ẽ laboratũ adeo ferẽ ſẽp iundatõis comes ẽ fames ac peſtilẽtia, ut nõ temere priſci crediderit ĩmodicas fluuioꝝ excreſcẽtias nõ ſolũ ad præſens iferre dãna ſed alia ĩſup mala futura portẽdere. nã & his adhuc uigẽtibus malis Bõifacius ẽ ſublatus e uita & q̃dã eoꝝ reliqæ uſque ad deus dedit. q ſucceſſit ĩ põtificatu tempa ptigerũt terremotus. ſ. quos (ut Ariſtoteles docet ĩ libro q metheora ĩſcribitur) multitudines ĩbriũ nõ minus q̃ ſiccitates ſolẽt generare & q̃dã præterea ſcabies. q̃ (ut ſcribit idẽ Platia) ita tẽdebat ad elephãtiã, ut deformitate cognoſci hoĩes nõ poſſẽt. Nõ ne magnã hoꝝ maloꝝ ptẽimo uero oĩa ĩ uariis Italiæ locis noſtra hac tẽpeſtate p ſenſimus: aquaꝝ diluuia (ut diximus) ãnonæ ubiq; charitatẽ. ĩ q̄buſdã ciuitatibꝫ peſtilẽtiã. ac præterea terremotus quoꝝ nullã aliã cãm niſi nimiã aquaꝝ exuberãtiã poſſumus aſſignare cũ hi maximi illis cõtigerit ciuitatibꝫ quæ ſub cœlo ſũt hũidiore ueluti Ferrariæ & q̄buſdã oppidis circũſtãtibus q̃ nũq̃ adeo tremuerũt ſicuti eo ãno, quo aquaꝝ inũdatões ĩceperũt. Scabies uero ſi ſcabies ẽ appellãda p uniuerſã appuit Italiã & adhuc pſtat adeo fæda ut pleriq; medici q̃dã decepti ſimilitudĩe elephãtiã ſim eẽ putauerit, ſunt. n. puſtulæ ptes primũ obſcœnas deĩde reliqũ corpus atq; ipſã præcipue faciẽ (ut ab initio opiſ diximuſ) occupãteſ, quarũ primi ortus cãm, ſi ſufficiẽter expoſuerimus magnam morbi Gallici naturæ ptẽ explanaſſe uidebimur. Sed ut hoc cõmodius, & maiore ẽt cũ fide faciamus, duos medicoꝝ pricipes Hippocratẽ. ſ. atq; Galenũ ĩ mediũ adducamus. Hippocrateſ tertia pticula aphoriſmoꝝ illo Aphoriſmo, quo morbos aſtiuos cõnũerat ita pronũciauit. Aeſtate uero q̃dã hoꝝ & febres cõtiuæ & ardẽtes, & tertianæ plurimæ, & uomitus, & alui profluuia, &

Hippocrates Galenus

oculoꝝ,atq; auriũ dolores,& oris exulcerationes,& pudẽdoꝝ putredies,atq; ſudamia, Galenus uero partẽ illã aphoriſmi,q̃ ad noſtꝝ propoſitũ attinet ĩ hũc modũ exponit. Liquet ãt ꝙ oris ulcera fiũt ex hũore bilioſo. Pudẽdoꝝ uero putredies nõ ſimpliciter accidũt,ſed qñ magis hũida æſtas,uel ſine flatibꝰ,uel auſtro flãte cõtigerit. Vbi.n.plurimũ a naturæ mõ ad hũiditatẽ,& flatuũ carẽtiã receſſerit,nõ mõ pudẽdoꝝ,ſed cuiuſlibet ptis alterius putredies facit,q̃lis fuit ille tpis ſtatus,q & in tertio epidemiaꝝ libro,& in ſcđo circa initia deſcribitur. Exiguæ uero aeris euerſiones iõ attigũt pudẽda,quoniã hæc pp caliditatẽ,atq; humiditatẽ ſuapte natura ex q̃libet occaſiõe ſunt apta,putreſcere, adeo,ut qñ ẽt ſuã æſtas ſeruauerit tẽpaturã q multis ĩfeſtãtur ſup fluitatibus,cũ hæ aliquã ob cãm ad pudẽda defluxerit ipſoꝝ putredinẽ patiãtur. Sudamia uero ſũt ex genere puſtulaꝝ,q̃ ueniunt ĩſupficie,& cutẽ ulceꝝ ĩſtar exaſperãt. Fiũt ãt ut ẽt ipſũ ĩdicat nomẽ ex multis ſudoribus,qñ hi uel bilioſiores,uel oĩno mordaciores extiterit,mordẽt.n.cuti,& prurigioſã reddunt, atq; in modũ ulceꝝ aſperã. Iã ex iſtis Galeni uerbis Hippocratis ſenſũ ĩterpretãtis unicuiq; patere arbitror cãm eius effectus,de quo hoĩes plurimũ ſũt admirati. Si.n.puſtulæ,q̃s morbũ gallicũ nomiamus nihil aliud ſunt niſi q̃dã ſupfluitatũ ſua multitudĩe corpora hũana ĩfeſtãtiũ germia,eas partes,q̃ ſũt magis putredini obnoxiæ (ſũt ãt hæ præcipue obſcœnæ pp eaꝝ (ut iq̃t Galenus) caliditatẽ atq; hũiditatẽ) priores ſẽtire putredinẽ,deĩde illas,q̃ nõ æque ſũt ſuapte natura ad patiẽdum aptæ nõ mõ fit ueriſimile, ſed propemodũ neceſſariũ, Cã ẽt ĩ prõptu ẽ cur eædẽ puſtulæ non pudenda tantum,ſed etiam reliquum corpus infecerint. nimia,ſ.æſtiui aeris ĩ hũiditate ĩtẽperies,q̃ (ut iq̃t Galenus ĩ expoſitõe aphoriſmi nup allegati) nõ mõ in pudẽdis,ſed ĩ q̃libet alia corpis pte putredies facit,q̃lẽ ẽt aeris ad nimiam caliditatẽ,atq; hũiditatẽ euerſionẽ,& ſecũdo,& tertio piter libro epidemiaꝝ fuiſſe ab Hippocrate tactã. Galenus ẽt ĩ nup dicta expõne teſtatur. Cum uero hãc,quæ noſtro tẽpore cõtingit intẽperiẽ illi, de qua ſcripſit Hippocrates ferè ſimilẽ fuiſſe arbitremur,an etiam

Cur morbꝰ gallicus a pudẽdis ĩcipiat

mala ſimilia genuerit uideamus. Hoc aũt liquido uideri nó poteſt niſi, quæ de ſuæ ætatis intẽperie græce ſcripſit Hippocrates latine proferantur, cũ ut multis aliis Hippocratis libris ita præcipue eiuſdẽ auctoris epidemiis fideliter trãſlatis careamus. Hæc ſunt ſecũdo libro epidemiaꝝ Hippocratis uerba. Carbones in cranone æſtiui, pluebat in æſtibus aqua exuberãte cõtinue. fiebant aũt magis auſtro flãte, & ſuberãt quidẽ in cute humores quidem liquidiores, qui intercepti incaleſcebãt. & pruritũ faciebãt deide ueſicæ ueluti in igne aduſtis excitabantur, ac ſub cuti exuri uidebantur. Sed hæc quidẽ aeris intẽperies uno tantũ tẽpore æſtate. ſ. cõtigit, quæ uero in tertio libro epidemiaꝝ ab eodem Hippocrate ſcribitur, totũ annũ ſicuti hæc noſtra ferẽ ſupflua humiditate maculauit. Audiamus igitur Hippocratẽ ita de hac anni totius infectione loquentem. Annus inquit erat auſtralis abũdãs pluuiis, Deinde nõ multo poſt. Cum autẽ totus annus auſtralis, & humidus, & mollis factus eſſet mox quæ ex eadem totius anni intẽperatura ob ſupfluitatũ putredinẽ hominibus mala euenere cõnumerat, atq; inter cætera heriſipelata. oris ulcera. gutturis paſſiões. pudẽdoꝝ puſtulas. carbũculos. oculoꝝ iflãmatiões. uẽtris pturbatiões. Deinde quales eſſent fluxiones enarrãs, ita ſcribit. Erat aũt fluxio cõſiſtẽs nõ puri ſimilis, ſed quidam alius putredinis modus. poſtremo inferius uolẽs oſtedere omnimode putredinis mala ita inquit. Pluribus erãt ora affecta ulceribus, quæ ἄφθαι uocãtur. Fluxiones exulcerãtes. Plurimæ exulceratiões circa pudenda tubercula intrinſecus & extrinſecus quæ multoꝝ intuitus corrũpebant, quales ſunt quæ ficus appellantur. Oriebantur & in aliis ulceribus pluria, & in pudẽdis carbunculi multi æſtiuo tempore, & alia, quæ putredo uocantur, magna enthymata, herpetes plurimis magni. Quis non ſimilem noſtri temporis epidemiam ex uerbis hippocratis recognoſcat quot enim fuerint, qui & oris ulcera & herpetes labra aliquando exedentes, & nigras puſtulas carbunculis ſimiles pruritum nonnunquam intolerabilem ingerẽtes, & multa alia tubercula, quandoq; etiam oculos infeſtantia pertulere nõ

expedit cõmemorare, quando hæc inſigniora fuerunt, quam ut egeant enarratione. Vt igitur tandem morbi gallici naturã ſũmatim cõprendamus. Hic nõ unus ſpecie, ſed tãtũ genere exiſtit, poſſumuſq; ipſum hoc pacto deſcribere. Morbus gallicus eſt puſtulæ ex uaria humorꝝ corruptiõe generatæ pp nimiã aeris in calore, atq; humiditate præſertim in tẽperiẽ, pudenda primum, deĩde reliquũ corpus cũ magno plerunq; dolore occupãtes. Cur pudenda primũ, deĩde reliquũ corpus obſederint, cãm antea ex Galeni expoſitione aſſignauimus. Sed neq; difficile eſt cur idẽ morbus ſæuũ qbuſdam dolorem intulerit, reddere rationẽ, cũ præſertim id prius fuerit obſeruatum illos maiorem ſenſiſſe cruciatũ, quibus uel nullæ, uel paucæ admodũ puſtulæ in cute exteriore apparuerũt. Humor.n. noxius, quem natura ĩbecillior tẽtauit qdẽ, nõ tamẽ potuit ad exteriora propellere tãdẽ in articulorꝝ neruos incubuit, ibiq; ingẽtẽ dolorem excitauit. duobus ẽtĩter cæteros modis ut inqt Galenus ĩ expoſitiõe aphoriſmi tertiæ pticulæ qui ita incipit. Vere, n. atræ bilis ægritudineſ atq; furoreſ, & morbi comitiales, ſolet ſe natura oppreſſa releuare, uel. ſ. materiã inutilẽ a mẽbris ĩtimis ac principalibus ad extimã cutim emittẽdo, uel ad ptes ignobiliores, quales ſũt glãduloſæ, & articulorꝝ cõpagines detrudẽdo, ſũt. n. hæ præ cæteris ad ſuſcipiẽdas apte ſupfluitates, ut cõſtat ex Galeni expoſitõe ĩ aphoriſmũ quartæ pticulæ ita dicẽtẽ, Quicũq; in febribus laſſitudinẽ habẽt iis ad articulos atq; maxillas abſceſſus fiũt. Primũ ĩnuit Hippocrates modũ cũ in altero aphoriſmo lichenas lepras & puſtulas ulceroſas inter morbos uernales, quorum nõ nulli iuxta eũdẽ Hippocratẽ æſtati cõmunicãtur enumerat, ſecũdũ uero cũ phymata quæ ſũt tubercula proprie ĩ partibus glãduloſis ut Paulus atq; Galenus ſẽtiũt oriẽtia, ac præterea articulorꝝ dolores adiũgit. Quare ĩ morbo Gallico una, eadẽq; materia & puſtulas facere, & dolorẽ in articulis creditur excitare, ac q̃tũ ad hoc attinet nõ duo morbi, ſed unus tãtũ cuius dolor eſt ſymptoma reputatur. Illi, n. ipſi q nullas habẽt puſtulas in ſuperficie exteriore, ſimiles tamẽ abſceſſus hẽre itĩſecus poſſunt

Deſcriptio morbi gallici.

cũ maiore aliquãdo (ut diximus cruciatu) Immo nõ nulli medici in qbuſdã mortuis quos morbus gallicus uiuẽtes ĩfeſtarat eius morbi explorãdi gratia diſſectis ita eẽ deprehẽderũt, cui qdẽ rei præter ſenſũ ẽt ratio adſtipulatur. quoniã (ut ĩquit Galenus) in libro, qui de cholera nigra inſcribitur haud quaq̃ credẽdũ eſt partes interiores eſſe adamantinas, ut nõ eiſdẽ, quibus uidemus exteriores affici noxis ſubiciantur, Hæc habui quæ de morbi gallici natura, cãis ue cũ morbi ipſius, tũ caſuũ eidẽ morbo aſſidentiũ ſcriberẽ. Quod ſi quis forte a me expectabat, ut morbũ gallicũ uno aliquo noĩe apud antiquos uſitato tanq̃ ſimplicẽ ſpeciẽ deſignarẽ nõ potuiſſe me aliter, q̃ ipſius morbi natura multiplex exigebat explanare, tãdem ĩtelliget ſi animaduerterit Hippocratem tãtũ ĩ doctrĩa uiꝝ ſimilem epidemiã ex ſimili cã ſuo tempore factã per uaria ulceꝝ, atq; tumoꝝ genera deſcripſiſſe. Quod ſi quis plus ſe Hippocrate ſapere arbitratur, is morbum gallicũ tẽtet melius definire. Nos quæ de eodẽ morbo ſentiebamus pro noſtri ĩgenii ĩbecillitate præſenti opere ĩ mediũ cõtulimus. Si qs uero ẽt illud a me poſtrẽo exigebat, ut qbus nã eidem morbo remediis ſuccurratur, edocerẽ, q ut multiplex eſt. ita multiplicẽ curationẽ deſiderat, id me nõ ſine multa operis prolixitate facere potuiſſe qſq; peritus iudicabit, cũ in ſingula puſtulaꝝ genera ſingula medicamẽta ſcribenda fuerĩt, qbus tamen plena ſũt oĩum ferè uolumĩa medicoꝝ. Quare eadẽ hoc ĩ loco repetere nõ mõ lõgus, ſed etiam ſuperuacuus forte labor fuiſſet.

Curatio morbi gallici ſũmatim & breuiter tradita.

Illud tamen ĩ uniuerſum uolo admonere cauendũ eſſe a medicis, ne more mali ſutoris eodem calceo pedes oẽs ĩduere laborãtis, ipſi quoq; morbum gallicũ eadem ĩ oĩbus medicina ſanare ſtudeãt, ne ue etiã, quod plurimi faciunt deceptores, paꝝ puro corpori unctiões ex reprimentibꝫ ſuperinducãt. Hæ enĩ ut cutem aliquãdo liberãt, atq; in præſentia leuãt, ita morbũ uertunt ad ĩteriora. & faciunt priore periculoſiorem. Quare ut etiã aliqua ex parte curãdi uiã a rõne m attingã, nihil adeo expedire in hoc morbo puto, q̃ plenis uenis multum ſanguinis mittere, ſicuti ubi flaue bilis in corpore redundauerit, hunc præci-

pue humorē cōuenienti pharmaco euacuare. Vbi atra inualue-
rit, hāc quoq; idonea educere medicina, ita & ſalſam pituitā, &
quaſcūq; alias totius corporis ſupfluitates propriis medicamen
tis expurgare. Et quoniā ut ſentit Galenus, atq; etiā Auicenna.
Raro hūores ſimplices puſtulas ſimplices faciunt. ad morbos
cōpoſitos cōpoſita etiā medicamēta ſint adhibēda, quæ cura-
tionis ratio nō mō in his, quæ ītra ſumūtur, ſed & ī illis, quæ ex-
trinſecus īponūtur, eſt (ut arbitror) obſeruāda, quoniā ſicuti nō
eædē oībꝫ purgatiōes, ita neq; unctiones proſunt, q̄tū uero ad
uictus attinet modū in eo ſeruādo duoꝝ præcipue aphoriſmo
rū, q ſecūda pticula ſcribūtur ab Hippocrate debemus memi-
niſſe, quoꝝ alter corrupta corpora quāto magis nutriūtur, tāto
plus lædi pronūtiat. alter uero & hoc ipſum īſinuat, & præterea
corrupta ab ītegris dignoſcere docet, ubi. n. fauces ægrotāt, aut
tubercula naſcuntur in corpore cōſiderāda eſſe excremēta pro
ponit, ſi. n. biliosa fuerint īdicio ſūt corpus male ſe hēre, ſi ſanis
ſimilia poſſe corpus ſine piculo ali. Qualia ēt debeāt eſſe q̄cūq;
offerūtur alimēta ex iis, quæ ſupra diximus conſtare arbitramur.
talia, ſ. quæ humores minime malos, aut ad putreſcēdū paratos
ſint apta generare, quæ deniq; cauſis morbū faciētibus cōtrariā
oīno habeāt naturā, Hæc ſūt, quæ de morbi gallici curatōe ſum
matim, breuiterq; pertrāſeo forte altero uolumine latius execu
turus, ſi hāc primā noſtrā cōtēplationē gratā fuiſſe legentibus in
tellexero. Tātū tamē abeſt, ut quæ uel ad alioꝝ opinionū cōfu
tationē, uel ad propriæ opinionis ſcripſi corroborationē loco
ſentētiaꝝ hēri uelim, ut ultro oīs medicæ artis profeſſores hor-
ter, ac rogē me in meis ſcriptis diligēter examinēt, corrigāt, atq;
redarguāt, paratum quæ me male fuiſſe opinatū demonſtraue-
rint, ut philoſophum decet, retractare.

Venetiis, In domo Aldi Manutii. Men-
ſe Iunio. M. iii. D. 1497

Correctiones in primo quaterno.

In prima charta.ſecunda pagina,linea.xi.impudentibus,imprudentibus,& li.xii.alii,alteri,& li.xiiii.alii,alteri.i ſecūda cha.i.pa.li.xii.lichenem,lichenum.i.iiii. cha. i.pa .li .xv .humoribus,hic humor,& li.xxvi.tume,tum ex.& ſecunda pa.li.x .declināte,declinantem.in.v.cha.i.pa.li.vi.elephantiaſi,elephantiaſim .& li.xxiii.collocarunt,collocauerit.&.ii.pa.li.xxii.tanta,tantam.in vi.cha.ii.pa.li.vi.obſcurabit, obſcurauit.

In.ii.quaterno.

In.ii.cha.ii.pa.li.xxix.exoraminū, ex foraminum.in.iii.cha.ii.pa.li.x.bæche,pro becio.i.tuſſilagine,immo bæche pro aphace ,& ibidem pelio,peplio,& li.xix.ſcutum,ſucutum.in.iiii .ch.i.pa.li.xvi.cure,cute ,& li.xxi.naricum,uaricum.& li.xxvii.manifeſtare,manifeſtant.in.v.cha.ii.pa.li,xxiiii.bubone,bubonem.& li.xxxi.pomo,pomorum.in.vi.cha.ii. pa.li.xxi.ipſis, ipſi.in . vii.cha.i.pa.lin.xii.heriſipelaſ,heriſipilas.i,viii.cha.i.pa.li.xxiiii.potius de,potius morbo de.& li.ultima,aquæ,ea quæ,&.ii. pa . li .iii.ad glauconem in hanc ſententiam,dele in hanc ſententiam.

In tertio quaterno.

In,ii.char.ii.pa.li.x.nunc,hunc.in.iii.char.i.pa.li.xxiii. adducūt,addicunt,& li.ult.& penul,plus inquies,dele inquies.in.v.cha.i.pa.li.penul.eæ quæ,ea quæ,&.ii.pa.li.ii.a formica exiſtimauit,a formica miliari exiſtimauit.in.v.ch.i.pa.li.xiii.uirealis,uitealis, & li.xv . miſtiſchiarum , miſtis ambarum .& li.xxiii.uirealis, uitealis.in ulti.cha.ii.pa.li.xxxi.milium,malum.

In ultimo quaterno,

In.ii.char.ii.pa.li.vii.humores quidem, humores quidam.in.iii.char.ii.pa.ulti.lin.flauæ biliſ,flauabilis.i ulti.ch.li.vi.ſint,ſūt.

Corrigenda in extractis in marginæ.

In primo q̃terno.vii.char.pria pa:a gæcis , a græcis.i tertio quaterno prima char.ii.pa.Rabi Moiſes,Rabi Moiſem. Et.ii. char.ii.pa.curandi occaſionem,errandi occaſionẽ. Et.iiii.cha. prima.pa.Dinus & Franciſcus, Dinum & Franciſcum. Et.vi. char.pa.prima.Heriſpila,Heriſpilam.

6371

H497
L583l

